TRACTATVS DE SALOMONIS NVPTIIS:

VEL EPITHALAMIVM, IN SACRATISSIMAS nuptias, inter illustrissimos principes, D. FREDERICVM V. Comitem Palatinum ad Rhenum, Sacri Romani Imperij Electorem, & Archi-dapiferum, Ducem Bauariæ, &c. Nobilissim. Ordinis Aurea Perisceledis Militem:

ET SERENISSIMAM DOMINAM ELIZABETHAM, Potentissimi principis IACOBI, Dei gratia Britanniæ magnæ, Galliæ, & Hiberniæ Regis, filiam vnicam:

FELICITER CONSVMMATAS, ET SOLENniter celebratas, die Dominico Februar. 14. anno 1613. in Palatijs Regijs in Ciuitate Westmonasterien. iuxta Londinum.

CANTIC. 6. 2.

Ego sum dilecti, & dilectus meus est.

EXCVSVM LONDINI TYPIS Petrus Kingston, impensis vero Thomæ Millet. 1613.

10 (17)

THESSALONICENSIS
NUPTIIS:

EXCVSVM LONDINI TYPIS Iohannis
Kingston, impensis vero Thomæ
Chfm. 1612.

SERENISSIMIS ET ILLVSTRISSIMIS PRINCIPIBVS D. FRIDERICO V. COMITI Palatino ad Rhenum, Sacri Romani Imperij *Electori, & Archi-dapifero, Duci* Bauariæ, &c. nobilissimi Ordinis Periscelidis Militi:

ET D. ELIZABETHAE DILECTISSIMAE coniugi, Potentissimi Principis IACOBI magnæ *Britanniæ, Galliæ, Hiberniæ, & adiacentium* Insularum Regis filiæ vnicæ; æternam salutem.

Nclytissimi principes, Salomon, cuius Epithalamium ad nuptias hoc libello voluti canitur, se in Canticis suis modulatur: Ecce hiems transijt, pluuia præterijt, flores conspiciuntur in terra, tempus * mundationis aduenit & vox turturis auditur in terra nostra, &c. *Latissimus iste dies nuptiarum Celsitudinis vestræ, vt ver appropinquans nos omnes exhilarat: Turtur sociam suam ad se inuitat, & vocat: cætera etiam aues cantillant: id est omnes omnis sortis homines (saltem qui sani sunt & pie sapiunt) regalibus vestris nuptijs feliciter Diuina bonitate consummatis, congratulantur & applaudunt: Et dabit mihi, vt spero C.V. veniam, vt ego in hac communi omnium lætitia, tanquam ex minutarum auium grege vnus, in ramis patulæ illius arboris considens, vocem lætitiæ, hac mea voluti cantilena, edarem & exprimerem.*

Cant. 2. 11. 12.
* Id est Cantilandi.

Deu. 4. 18.

Quis illius nuptialis solennitatis spectator esse potuit sine summa lætitia? Quis triumphales illas voces & applausus omnium Ecclesiæ Christi bene precantium, auribus percipiens non exultaret? & cum Hieronymo diceret, pulchrum mihi spectaculum dies illa tribuit. *Quæ quidem omnium exultatio similis mihi videtur galli cantui, quem sic eleganter describit Ambrosius:* hoc canente suas latro relinquit insidias, hoc ipse Lucifer excitatus oritur, devotus affectus exilit ad precandū. *Sic lætâ populi Dei in auspicatissimis hisce nuptijs canentis vox, vt Evangelij nobis exortum Solem indicat, qui nunquam (faxit Deus) in nostro Horizonte vergat ad occasum, ita, vt spirituum superstitionum tenebras dispellet, & latronum (nempe rebellium papicolarum) in angulis latitantium insidias dissipabit: Alij, phaleratos equos, crateres calatos, torques aureos, gemmas splendidas, & alia insignia efferunt munera, mihi liceat, non inter primarios paranymphos, sed vltimos pronuborum ministros, tenue hoc munusculum, inter amplissima donaria ingerere: Atque ita C.V. benignitate fretus, qui non donum, sed doteris animum, non valorem doni, sed voluntatem dantis respicere soletis, paucis præfari pergo, nec illud metuo, quod pertimescebat* Tertullianus *in re non multum dissimili:* Vereor, ne obsequij officij superstitio magis, quam religio existimetur.

Vid. Matth.

Hieronym. lib. 5. c. 24.

Lib. 1 contr. Marcion.

Augustinus *eleganter ait:* habet hortus ille dominicus non solum Martyrum rosas, sed & lilia virginum, & coniugatorum violas: *Ecclesia Anglicana hortus omnes illos tam suaves olentes emisit flores: Martyres Mariana tempora quamplurimos coronarunt: Virginum Regina sua Elizabetha, & nunc nuptialis thalamus viridarium suarum fragrantem dedit odorem: Verè honorabile illud coniugium, quod virtus copulauit, quod non externa solum, sed interior etiam pulchritudo commendat: vt ille optimè scribit:* solus formæ arbiter, petatur Deus, qui etiam in corpore minùs pulchro animas diligit pulchriores, hoc ipsum, quod vos non ornatis, ornatus vester est: *Olympias Alexandri magni mater, Audicum quendam, qui vxorem pulchram, sed parum pudicam duxerat, sic argutè notauit: si sapuisset, non oculis vxorem quæsiuisset: non enim decet vxorem vel oculis*

De diuers. scr. 43

Lib. 1. de Virginib.

ὁ γὰρ ἀληθὴς ἐραστὴς τὴν ψυχὴν ἀγαπᾷ καλὴν οὖσαν· ἐκεῖνο δὲ μὴ τοῦ καλοῦ μᾶλλον ἢ τοῦ ἐρωμένου μέλει. Plutarch.

culis vel digitis eligere: ideſt, vel formam ſpectare maximè, vel datem: illius probatur conſilium, qui ſit monet: amor ſit in cauſa, non cenſus, venuſtatem eligas, non veſtitum, animum, non aurum, tibi nubat vxor, non dos: *In iſtis veſtigijs C.V. inſiſte: quorum euangelo vitam ſuam pictor noſter, & vixerunt virtute: Beati illi, & a Deo ſemper Benedicti ſunt parentes, qui matrem filia ſua non vx Canaanæorum genere ſed cum fideli Abrahamo ex domo & domeſticis fidei acceperit. Qui religionem religioni nubere, Euangelium cum Euangelio coniugari voluerunt: Quipluris fecerunt piam educationem, quam ſuperbum multorum nobilium (& vt dici ſolet) auitum Pontificum pollutionem: De luſcinia naturæ ſit facies ſed, vt Ambroſius: Luſcinia, dum oua gremio fouet, inſomnem longæ noctis laborem cantilenæ ſuauitate ſolatur, vt mihi videatur hæc ſumma eius eſſe intentio, quo poſſit non minus dulcibus modulis, quam fotu corporis, oua animare in fœtus. Et pia C.V. primis matris inſtitutis mihi Luſcinia ſuauem melodiam referre videtur, qua pullos ſuos naſcentes refocillat. Certe in omnibus hoc laudabile eſt, ſed in principij inſtitutione glorioſum: quod de Paula nobili matrona referebat Hieronymus, cui ſemper fuit gaudio, quod Paulam neptem in cunis audierat balbutiente lingua halleluia cantare. Talia etiam fuerunt C.V. initia, ſic primi tranſalti anni: quibus vt vltimi reſpondent (fauente & adiutore Deo) nihil dubitamus: Et ſic vtriq; C.V. Hieronymi conſilium commendo, Nunc ſtude, vt calentem recentis fidei conuerſionem nouus ſemper ardor accendat.*

Velor ad Raſſam.

Gen. 24. 3.

Lib. 6. Hexamer. c. 4.

Epiſt. ad Paul.

Ad Demetriad.

Illud vnum tam ſupereſt, vt precibus noſtris & vobis tantæ felicitatis ſpem promouemus, vt ad maturitatem creſcat. Illuſtre hoc gentis veſtræ regnum aut quitus cum vicinis nationibus nuptiale fœdus ſæpe contraxit; cum Germanis, Gallis, Hiſpanis: ſed cum duobus biſce poſtremò nominatis initium hoc matrimoniale pallium ſucceſſit maſſ: Ex Gallia oriunda fuit Regina illa, quia iuſtigauit, cruentam bellorum, quibus Regia Eboracenſis, & Lancaſtrenſis domus ferè conſumpta ſunt, flamma exarſit: Ex Hiſpano ſanguine ille ſurculus germinauit, qui multorum Martyrum fuxit ſanguinem, & opaca ſua vmbra Euangelicam lucem in Anglia pene oppreſſerat:

Henrici 8. vxor, Regina Mariæ.

Regina Mariæ.

ferat: Sed cum prima illa regione sancita affinitas semper nobis fuit prospera: Nobiles Germani vxores sibi olim hac ex nostra gente appetebant: Henrico V. Imperatori Mathildis Henrici 1. Regis Anglia filia in vxorem data est: Et Reges nostri etiam e Germania vxores sibi asciuerunt: Edwardus tertius Reginam suam Philippam, fœcundam Dominam, quæ illi multos filios peperit, ex Belgia: & Richardus Reginam suam Annam e Bohemia accersiit, tanta pietate prædictam,

Martyrolog. Fox p. 467. edit. 1610. vt Arundelio Archiepiscopo Cantuariens. illius exequias funebri concione prosequenti, etiam veritatis inimico, veritas tamen hoc illius iustum encomium extorserit, quod quatuor Euangelia orthodoxis patrum commentariis illustrata, Anglos versa sibi comparauerat: Adde insuper, quod Britannia coniugatio nuptialis cum Dania, Germania etiam parte, multa nobis bona attulerit: Illa cum Gallis & Hispanis coniunctio similis erat illi cõmixtioni luti cum ferro, qua digiti pedum magnæ illius imaginis, quam vidit in somnis Nabuchadnezer, inter se commiscebantur, sed cohærere non poterant semine licet humano sibi agglutinati: Cum Germanis vero connubiale fœdus Deo illa ligna repræsentat, quæ à propheta adaptata coaluerunt in vnum: quo signo Israelem & Iudæam significauit in vnum populum coituros.

Dan. 2. 41.

Ezech. 37. 17.

Experientia ergo priorum temporum confirmamur, illarum nuptiarum successum futurum optimum: Sic CV. omnium donorum incrementum & veluti cumulum optamus; vt benedictionis Salomonis participes sitis, qui sapientiã à Deo petens, honorem etiam & diuitias vna obtinuit: Tua celsitud. (optima Princeps) Elizabetha precamur deuotionem [a] Helenæ matris Constantini magni, magnanimitatem [b] Dominicæ vxoris Valentis Imperatoris, misericordiam [c] Placillæ fœcunditatem, [d] Eudoxiæ, [e] Eudociæ gratiam, [f] Pulcheriæ pietatẽ, [g] Sophiæ prudentiã: & vt ad domestica exẽpla propiùs accedamus, magnificentiã Mathildis Imperatricis pietatem Reginæ Annæ, fœcunditatẽ Philippæ, & prosperitatem, multos annos Elizabethæ. Tuæ etiam Excellentiæ (inclytissimæ

[a] Quæ in Eccles. suam liberalissima fuit.
[b] Quæ subiecto marito Gothis restitit.
[c] Quæ vxor fuit Theodosij senioris, et solebat sæpenumero agrotos ipsa inuisere.
[d] Quæ peperit multos liberos decedente Imperatore. [e] Quæ fuit Theodosio Iuniori desponsata. [f] Quæ Orthodoxæ fidei insigne patrona fuit. [g] Vxor Iustini iuuenis, prudens Fœmina.

Principi

Princeps Fridericę) *vouet dat Deus pietatem* [a] Constantini, *religiositatem* [b] Constantij, *victoriam* [c] Theodosij *senioris*, *zelum* Valentiniani, [d] *clementiam* Theodosij *iunioris*, *& prosperitatem* [e] Henrici V. *Imperatoris Germaniæ (cui etiam & priores illi imperitabant) qui* Mathilde *prædicta* Henrici *Regis filia, coniunx quoque fuit.*

Vtriusque vestrum capiti, ianuam coronæ, beneficio illo infideat, qua in Psalmo, 128. 2. *promultatur*, Vxor tua vt vitis frugifera: *vnde* Iustinus Martyr *allusionis illius sua occasionem arripit: vbi* Moses *edixit, quod vnusquisque sub propria vite discumberet, sic commentatus* [f] *id est (inquit)* [g] *quisq; suæ tantum vxoris consuetudine fruatur. Qualem imperatori* Gratianum *fuisse testis est* Ambrosius: Fuit castus corpore, qui præter coniugē nesciret fœminæ alterius consuetudinem: *pari solatio & iucunditate nuptiæ, cum alterutris amplexibus diutissime sub vite vestra (serenissimi Principes) considetis precor, & vos oblectetis. In qua te tria maxime eminent, teneritas, amanitas facundi tas: si cui a præclarissimo* [h] *Auxilite in erudita sua concione elegantèr obstrmatum est suum & facile in quamcunq; partem vibratur & flectitur, umbra sua grata delectat, & fructu vbertate lætificat. Sic V. C. facilem & flexanimam vtriusque pietatem, obtestationem mutuam & fœcunditatem lætam omnes precamur. Aquam vobis in vinum convertat Dominus Christus, quo miraculo olim nuptias honestauit Iob. 2. id est, tristia omnia et mœsta vobis læta reddat et iucunda: vt dolissime etiā nuper ornatissimus ille Episcopus ad rem præsentem locum illum scripturæ accomodauit. Græcorum mos fuit cum Iunoni nuptiali sacrificarent, vt fel e sacrificio ablatum abijcerent: quo facto innuebant, nihil amaruleutum esse debere in nuptijs. Sed multo melius Apostolus suadet, ne viri sint aduersus vxores amaruliti, Col. 3. 19. Sic omni amaritudine & acerbitate vacuas & dulcissima delectatione plenissimas C. V. nuptias (nō Iunone, sed Iehoua nuptiali duce) futuras vobis policemur. Deniq; omnium bonorum cumulo felicissimas has nuptias vestras refertissimas & adoreus. qui continuatus est cursus Rigi, die Martis Febr. 16. [h] Episcopus Rathenensis qui die Dominica Febr. 14. nuptiali contionē veluti preludio epithalamium cecinit in nuptiis. [a] Qui solebat vestis corpori circumdari. [b] Cui mos erat in castris bibere cum militibus in sacra cana communicare. [c] Qui ex equo dejectus victoriam pauore confessus, dicens, vbi est Theodosij Dei Auxilio obti. Theodos. [d] Qui solus vetera fragentib. senatorib. noluit Romanorum petitioni annuere pro idolis sibi faciendis. [e] Qui cum septimo mortis die quis officiendus esset, nihil se molle ad vitam reuocare. [f] Quo Romam ornatus ingressus est, et vt non precario obtineret, vt a Papa creatur. [g] μὴν οἱ γαμοὶ γάμοι χριστοῦ. Dial. cum Tryphon. [h] Episcopus Lodouen. qui continuatus est cursum Rigi, die Martis Febr. 16. [h] Episcopus Rathenensis qui die Dominica Febr. 14. nuptiali contionē veluti preludio epithalamium cecinit in nuptiis. [g] οἱ γαμοὶ γάμοι χριστοῦ, Platonicè.

bundantissimas

Reuerendiss. Archiepisc. Cantuariens. nuptias istas inter illustriss. principes celebratas.

beatissimos fore speramus, quos Christus Dominus doctrinæ in cœlis, Rex optimus sanxit in terris, Archiepiscopus dignissimus, vt spiritualis parens in Sacello Regio cõsecrauit: Deo eruditissimi Episcopi concionibus suis in sacro pulpito dedicarunt. Sic desinentem, si prius C. V. in memoriam reuocauero benedictionem illam, quam Seniores Israelis Boazo & Ruthæ impertiuerunt: Reddat Iehoua hanc mulierem, quæ ventura est domum tuam, similem Rachelæ & Leæ, quæ extruxerunt ambæ domum Israelis, Ruth 4. 11. Et sicut Deus promisit Abrahamo, semen eius futurum, vt stellas cœli. Genes. 22. 17. vt Hieronymus ait: Abraham pro filijs claritas ostenditur astrorum: Sic faciat Deus C. V. sobolem, & numero & gloria stellis similem: vt vt ipse tanquam sol et luna, Ecclesiæ clarissima lumina multos annos splendeas: et post istius vitæ stadium deorsum, vt stella in regno cœlorum fulgeatis per Christum Iesum vnicũ Dei filium, et verum iustitiæ Solem, cui sit laus et honor in secula.

De vera ciuitatis.

Vestræ Celsitudinis obseruantissimus

ANDREAS WILLET.

EPITHALAMIVM EX PSAL. 45. V. 10. AD. 16.

Psalmi translatio.

Fllia nunc audi, cernas, præbeto, memento, non debes patrios tam amenti ſſe domos:	Verſ. 10.
Atq; ita Rex pulchri capietur imagine vultus, ergo illum Dominum tu reuerere tuum.	11.
Ecce tibi Tyrus ſupplex munuſcula mittet, diuitiaſq; dabit plebs opulenta ſuas.	12.
Tota intus Regis ſponſa eſt filia, veſtibus en auro & gemmis ſplendida cernitur.	13.
Virginibus reperit comitata Palatia Regis, ingreditur celeri læta cauerna pede.	14.
Pro patribus natis, natis ſe cernida matris plus, cunctus Princeps hos gaudeat orbis eis.	15. 16.

Psalmi explicatio.

Chriſto morigera eſt Eccleſia, filia regis,
quæ ſpreto mundo ſuauis adhæret ei:
En Chriſto Regi eſt Eccleſia pulchra voluptas,
et Chriſtum Dominum ſancta propago colit.
Tyria gens toto celeberrima confluet orbe,
ſubijcietq; omnis ſubdita terra caput.
Corde intus virgo formoſa eſt, veſtibus illa
auratis cincta eſt, proſpera, clara viget.
Virginis accurrit chorus, hoc eſt, mente fideles
Chriſti adeunt celeri ſplendida Templa pede.
Gentiles fuerant patres, conuerſio reges
totius natos parturit orbis ei.

Obsequium coniux debet præstare marito,
neglecto se adiungat fœmina patre viro.
Vxoris se vir delectet amore vicissim,
atq; vxor Dominum rursus honoret eum.
Connubium à charis donis celebratur amicis,
et dare desponsæ munera magna solent.
Splendeat internis pulcherima dotibus vxor,
nam mentis præstat cœne nitente decor.
Sponsaq; virgineis pergit comitata caterua,
Coniugis & dulcis limina læta petit.
Sponsa virum numero pulchellæ prolis adauget,
quæ toto retineris floreat orbe locum.

Conclusio.

Sit precor & thalamus *Friderici* Principis vber,
et videat multos *Elisabethe* dies.
Ista virum faciat numerosa prole parentem:
dulcis se oblectet Coniugis ille sinu.
Sit fælix vita illis, pacataq; regna, superstes
et manent soboles, sæcula multa precor.

INDEX PRÆCIPVARVM RERVM

quæ in hoc opusculo pertractantur.

In prima parte.

Sub cuius persona propheta loquatur. fol. 1

An sensus Psalmi sit historicus, vel præterea mysticus. 2

Allegoria quando sectanda sunt. ibid.

Methodus Psalmi. 3

De obsequio uxorum in viros. 4

Exempla eorum virii rerum gerentium. 5

Quibus in rebus mulier subdita esse debeat. 7

Quales esse debeant mulieris subiectio. ibid.

Uxores quando audienda. 8

Ecclesia filia Christi, sóror, mater. 9

Scripturæ continent omnia ad salutem necessaria. ibid.

Mariti non patiantur uxores alienam religionem sectari. ibid.

Mariti præstantibus præferendi. 11

Parentes matrem, non minus negligendi. 14

Quomodo Ecclesia debeat obtinere patriæ 15

Pseudochristiani Romani veterum paganorum superstitiones retinent. ibid.

Vir æque uxori obligatus, atque uxor viro. 16

Amor esse debet reciprocus. 17

Exempla, Ethnicorum cum inferni sibi coniunctissimorum. 18

Pulchritudo interior exteriore præstat. 20

Pulchritudo interna gratia, non natura donum. 21

Quomodo vir erga se debet in amore uxorii. 22

Nimius amor in vitium. 22

Vir quomodo imago Dei. 24

De religiosa & civili cultu. 26

Quomodo distinguantur. ibi.

Religiosus cultus soli Deo debetur. 27

Vna adoratio Christo Deo & homini debetur. 28

Christi humanitas & divina natura non separabilis. ibi.

Accommodatio præstitit scriptura ad usurpat. sententiarum principium. 30

IN

IN SECVNDA PARTE hæc continentur.

De opulentia vrbis Tyri, 1
Regnum felicius, quod amore, quam quod timore conseruatur. 2
Descriptio clementis & boni principis, quali hodie (miserante Deo) Anglia fruitur, clementissimo rege Iacobo, & diuissime fruatur. 4
De diuersis donorum generibus. 5
Contra dona corruptricia. ibid.
Falsa religio pacis inimica. 6
Pax Anglorum per 55 annos quomodo retineri possit. 8
Præcipua mulierum ornamenta. 9
Quam vanum sit de vestitu esse solicitum. 10
Contra Iezabelæ fucum & suppositicios capillos. 11
Superstitiosi templa externa exornant, magis quam interna. 12
De meretricis Babyloniæ preciosa amictu. ibid.
Quod ignari nobilis vestibus preciosis vti. 13
Contra pestes sumptuosas vestes. ibid.
Ecclesia quare comparetur virgini. 14
Primicia omnium vltra Deo conseruanda. 15
De variis virginum generibus. 16
Spiritualis virginitas carnali anteferenda. 17
Modestia maxime requiritur in nobilibus virginib. 18
Publica solemnes licite. 19
Processionis genera. 21
Contra papisticas processiones. 22
Ecclesia in publicis solemnitatibus ab omnibus frequentanda. 23
Contra virginum & mulierum fallum in vestitu. 24
Contra lasciuiam in calceis & vestitu. ibid.
Vana vestis mulieribus non induenda. ibid.
Quomodo virgo mutari habitu induta liberata sit. ibid.
De magno Ecclesiæ incremento. 25
Reges Ecclesiæ patres & filij. ibid.
Quomodo Ecclesia pro patribus natos filios. 29
Regimen ecclesiæ esse penes principes seculares, contra Bellarmin. ibid.
Virgo Maria non dici potest mater nostra. ibid.
Accumulatio Psalmi de præsentes nuptias illustrissimarum principum. 30

PRIMA PARS
DE OFFICIO SPONSÆ IN SPONSVM.

Ex Psalm. 45. vers. 10. ad 17.

10 *Audi filia, & vide, inclina aurem tuam, obliuiscere populi tui & domus paternæ tuæ.*

11 *Et delectabitur rex pulchritudine tua, cumque sit Dominus tuus, incurua te ei, &c.*

DVo primo in loco breuiter tractanda occurrunt prius, quam ad rem ipsam descendam istis versibus cõprehensam: vnum de authore est, vel scriptore istius Psalmi, alterum de materia: quis nobis hunc dictauerit Psalmum, & qua de re? de primo variæ feruntur sententiæ. 1. Alij Deum patrẽ existimant de filio suo prolocutum: vers. 1. *Cor meum eructauit verbum bonum*: quo significari volunt ineffabilem Christi generationem, sic [a] *Augustinus*, [b] *Isiderus*. 2. Alij Christum de se ipso loqui autumant: vt vers. 1 *Lingua mea calamus scribæ velociter scribentis*: quod *Origenes* de veloci Christi prædicatione intelligit, qui breui admodum tempore docuit, & *vniuersus orbis prædicatione eius impletur*. *Hieronymus* hunc sensum exprimit: *Christus euangelij strictum sermonem exarauit*

Sub eius persona loquatur prophetia.

[a] Expos. in Psal. 44.
[b] Cant. Iudaeor. lib. 1. cap. 1.

Ex apolog. Pamphil.

1. Psal. 44. tom. 4.

exaraúit in tabulis cordis. Sed neutra istarum opinionum potest consistere, propter illa verba, vers. 7. *Deus tuus unxit te oleo gaudij præ consortibus tuis.* Ista enim verba neque potuit pater de filio, neque filius de seipso proferre. 3. *Tertullianus* Dauidem scriptorem istius Psalmi introducit, *accingere (inquit Dauid) ensi: sic & Ifychius, Dauid patrem ungentem dixit.* Sed propheta de Regis filia canit, quæ ad Regem adduceretur, vers. 14. At Dauide adhuc superstite, nondum Salomon Pharaonis filiam vxorem duxerat: neque Dauid suæ ipsius nuptias innuit, vt ipsa verba indicant. 4. Eorum ergo sententia præferenda est, qui à filijs Koreh, vel vno, aut altero ipsorum hunc Psalmũ scriptum putant, vt *Lyranus*, vel ab alio quopiam propheta, cuius reticetur nomen, quod in alijs Psalmis passim cernitur.

Lib. 3 cont. Marcionem.

Lib. de 2. natiu.

2 Nunc de ipso Psalmi argumento quæritur, an spiritualis tantum Christi & Ecclesiæ coniunctio insinuetur, vt plerique ex patribus antiquis hunc Psalmum accomodant; vt [a] *Iustinus Martyr*, [b] *Augustinus*, [c] *Hieronymus*, & ante istos [d] *Tertullianus*, [e] *Origenes*, cum alijs: vel an historica solum sit prosperitatis Israelis descriptio, quæ sub Dauide floreret, cum ei Bathsheba matrimonio iuncta fuit, vel sub Salomone, cuius cum Pharaonis filia coniugium prophetice hic celebraretur, vel denique sub Assuero magno illo Persiæ Rege, cum illi Esthera nupserat: quo Iudæorum quorundam varie diuisa sententia propendere videtur: vel tertio ambigitur, an historica hic nuptiarum Salomonis & Pharaonis filiæ narratio interseratur, qua tamen spirituale Christi & Ecclesiæ matrimonium adumbretur: Cui quidem sententiæ mihi assentiendum videtur: Nam & typice

Iesus Psalmi, sensus historicus an sit vel prætera mysticus.

[a] Dial. cum Tryphon.
[b] Exposit. in Psal. 44.
[c] In Psal. 44. tom. 4.
[d] Lib. 4. cont. Marcion.
[e] Lib. 2. cont. Celsum.

hic

hic multa prolata leguntur, quæ ad Christū necessario referenda sunt: quale est illud vers. 6. *Tu bonus tuus O Deus in seculum*, quod de Christo intelligit Apostolus, Hebr. 1. 8. aliquid etiam hic occurrit literali & historico sensu intelligendum: vt vers. 8, vbi mentio fit myrrhæ, aloës, & casiæ, & de palatijs eburneis: vt cum *Tertulliano* nobis hic dicere liceat: *Hæc aut noxa scripta, aut quis ei, vt nō putet accipiendum, quemadmodum scripta sunt, quæ non in allegorijs & parabolis, sed in definitionibus, & certis & simplicibus habeant sensum?* Sic iam pari ratione sub typo & figura nuptialis Salomonis thalami, Christi cum Ecclesia fœdus matrimoniale tanquam velo quodam obductum latet: Quod ab orthodoxis interpretibus nostris probe animaduersum est. Sicut igitur in ædificio primo fundamentum locatur, tum reliqua domus pars superstruitur: & pictura quibusdam punctulis obscuris primo leuiter delineatur, tum colores superinducuntur: sic historiæ veluti basis primo omnium ponenda est, tum typo & allegoriæ effingendis veluti manus admouenda. Nos igitur neq; cum *Celso* vel *Epicureis* & *Marcione* deliramus, de quibus *Origenes, Non posse allegoriam suscipere ipsas sermones Celso videtur & Epicureis — cui (id est, Marcioni) nihil per allegoriam placet exponi: Neque vim scripturæ faciam — vt auferam historiæ veritatē, vt Hieronymus*: sed *Origeni* astipulor, qui sic scribit, *Manente prius historiæ veritate, spiritualis etiam recipiendus est sensus.* Quod vero hoc loco nuptiæ Salomonis nobis typice Christi & Ecclesiæ spirituale consortium repræsentent, ex simili loco indicatur. Cantic. 3. 11. vbi aperta fit mentio sponsalium Salomonis: qui tamen, vt Christi typus proponitur.

Aduers. Prax.

Ien. Pelicā. anot. Genes. vers. bib. Vatablus, cum alijs. Allegoria quando sit laudā.

Lib. 1. cont. Celsum.

Lib. 2. in epist. ad Roman.

De vesti. scribā.

Ex apolog. Pamphil.

Psalmi in sua membra distributio.

3 Hoc ordine iam et methodo Psalmus iste disponitur: habemus versu primo prologum vel proœmium; vltimo epilogum: medium inter hæc extrema locum, ipsa veluti Psalmi structura occupat, in duo membra diuisa: primo, sponsus describitur ad vers. 10 secundo, sponsa inde vsq; ad vers. 16. sponsus nobis depingitur; primo, a pulchritudine et eleganti sermone. vers. 2. deinde ex potentia, et felici successu. vers. 3. 4. 5. Tertio, ex regni æternitate, cui accedit tanquam eius origo et fons, constans iustitia. ver. 6. 7. quarto, ex gloriosa ipsius vnctione et inauguratione. v. 7. 8. quinto, ex nobili comitatu. v. 9.

Vxores viris debent obsequium.

In secunda parte primo sponsæ officium præscribitur, et eiusdem effectus, *delectabitur rex pulchritudine tua.* vers. 10. 11. secundo, præmium eius et gloria describitur variis argumentis. 1. Supplicatione et munere. vers. 12. 2. Vestitu et ornamentis. vers. 13. 3. Comitatu et ministris. vers. 14. 4. Solennitate et processib. 5. Prole et posteris. v. 16. officium sponsæ triplex præcipitur: humilis obedientia sponsum audiendo; fidelis reminiscentia (dum sponsi memor est) paternæ domus obliuiscendo; decora reuerentia, se Domino suo incuruando.

Audi filia et vide, inclina aurem.

4 Primum ergo quod in vxore requiritur, obsequium est, vt monet Apostolus: *Vxores propriis viris subditæ sint* Ephes. 5. 22. tenentur hoc facere: hoc enim præstare debent, *tanquam Domino*, vt eodem loco sequitur: res etiam decens est et conueniens, *sicut* sicut conuenit in Domino. Coloss. 3. 18. et vtile hoc et suaue, sibi inter se conuenire coniuges: sicut habetur in Psalmo, *Ecce quàm bonum et iucundum, habitare fratres in vnum* Psal. 133. 1. Multa vtilitatem

litatem habent, sed amœnitatem non præbent: huiusmodi est afflictio, vt ait Apostolus, *Omnis castigatio in præsens non videtur iucunda, sed molesta, sed postea fructũ reddit iustitiæ, &c.* Heb. 12. 11. Domestica verò concordia fructuosa est, nec tamen luctuosa, pinguis et dulcis, frugifera et amœna. Huic legi ab initio subdita fuit mulier: *Ergo virum tuum appetitus tuus erit, et ipse præerit tibi.* Genes. 3. 16. Illæ fœminæ igitur naturæ inuertunt ordinem et legem violant, quæ dulce hoc obsequij iugum excutiunt.

5 *Leah* & *Rachel* erant *Iacobo* admodum morigeræ, tam in ciuilib. negotijs, (quæ a marito in agrum accersitæ, ipsum illico sequutæ sunt, non redeuntes, vt patri valedicerent, Genes. 33. 3.) quam in spiritualib. reb. *Iacobo* enim sponte sua vna cum cæteris ex familia, vt verisimile est, imaguncolas suas in manus tradiderunt abijcientes, Genes. 35. 2. Zipporah, licet ægrè adducta sit vt faceret, ad mariti nutum (vt probabile videtur) cum ipse ex morbo infirmus ad id muneris ineptus erat, propria manu infantulo circumcisione sanguinem extraxit. Exod. 4. 25. Iobi tamen vxor refractaria videtur, quæ non acquiescens illius consilio, vt ad patientiam se componeret, ab illo acriter correpta est, quod illum ad maledicendum Deo instigauerit, et fatuæ mulieris nomine eam notatam a se oblegat. Iob. 2. 10.

Exempla vxorum mariti mirum gratiam.

Quam turpe sit vxori viri sui sobria.

6 Caput mulieris vir est. 1. Cor. 11. 3. Cum igitur mulier se opponit marito, non secus se res habet, quàm si membra in caput suum insurgerent: sicut lunaria se ad solem conuertit, et illius lumen mutuatur: sic vxor a viro suo penderet: et veluti terra aquam cælitus delapsam apertis faucib. imbibit: sic mulier consilium coniugis sui libenter exciperet: et tum instar

instar vitis sit: Psal. 128. 3. facilem se tractatu præbeat, vt vitis nullo labore in quamcunq; velis partem torquetur et flectitur: vt *aqua vino permista, licet ibi aqua sit plurimum, vini tamen nomen retinet*: et quemadmodum, in duarum vocum concentu, *grauiori tamen tribuitur cantus*: sic penes virum præcipua in reb. domesticis dispensandis potestas esse debet: sic se haberent bini coniuges, vt duo cantores alter alterum in eodem tono præeuntes: ita illi mutua cordiũ, tanquam chordarum harmonia sibi suauiter concinerent: *Tertullianus* de pijs studijs, quib. mariti et vxores Christiani se exercere solebant, sic scribit: *Sonant inter duos Psalmi et Hymni, et mutuo prouocant, quis melius Deo suo canet.* Atq; vt instemus adhuc in simili hoc proposito: sicut Musicæ peritus, cum vocis raucitate non placeat, fistula ludens probatur, et sic melodiam, quam voce non potuit, tibiæ sono exprimit: sic mulier *alterius* (id est mariti sui) *linguam foeminam ederet, vt tibicen fistula*: Hoc est, quod monet Apostolus, ne permittatur mulierib. in ecclesijs loqui, id est, in cœtu et præsentia virorum.

οἱ κρᾶμα τρόπου ἕδεσι μιγνύς οἶνον τρυφῶντες—ὡς βαρυτέρᾳ χρωμένῃ φωνῇ λεπτὴ. Plutarch. de præcept. conjug.

Lib. 2. ad vxorem.

7 Verum licet vxores maritis suis subijci debeant, hic tamen duplex cautela adhibenda est: Illud enim spectari debet, quib. in rebus obsequium exhibendum sit: videndum etiam de modo: primo enim mulier nisi in reb. licitis non tenetur: si aliquid maritus imperauerit, quod vel charitatem violet, vel pietati repugnet, vxor non obligatur: exemplo nobis est pro primo *Abigail*, pro altero *Michol*: illa *Dauidis* indigentiæ succurrebat, cum donis et munusculis illi occurrens in via, sine mariti sui, duri illius *Nabalis* consilio. 1. Sam. 25. altera vitæ mariti, etiam contra patris propositum, consulit. 1. Sam. 19. 17.

Quib. in reb. mulier subdita esse debeat.

eodem

eodem res recidit, si maritus quicquam vxori præciperet diuino cultui aduersum et contrarium. Nam si in voluntaria desertione, cum marius sponte ab vxore recedit, illa diuitius seruituti non subijcitur. 1. Cor. 7. 15. Multo minus officio obstringitur, cum vir Deum deserat: vnde bene *Hieronymus, in coniugio constituta*, non solum coniugi *placere debet, sed ei, qui indulsit coniugium*: De modo iam si quæratur: vxoris subiectio non debet esse sordida et seruilis, vt hodie Turcæ abutuntur vxorib. sed spontanea et liberalis. Deus mulierem creauit homini adiutricem Genes. 2. 18. non ministram, rei domesticæ administratricem magis, quam operatricem. Sic *Ambrosius. Mulier deserat, non seruiat, regendam se præbeat, non coercendam, indigna est coniugio, qua digna est iurgio.* Neq; isto modo subijci sibi mulier dedecorosum reputet, sed beneficij loco habendum est, cum vasi fragili adiutor detur stabilis, et imprudenti obtingat, a prudentiore dirigi: Hinc est, quod maritus dux vocetur adolescentiæ Prou. 2. 17. Sicut bene ab illo animaduersum est, quod matres filios plus diligant, vt *qui possent illis opem ferre optime*, patres vero filias, vt *quæ eorum ope indigent* maxime: Sic vxores maritis præstarent obsequium, quia vicissim illis afferunt subsidium: Isto modo parere libertas potius est quam seruitus, et immunitas magis, quam captiuitas: huiusmodi dominium, neq; damnosum est, nec indecorum: vt *Ambrosius: Hæc seruitus Dei donum est, et in loco benedictionis Isaach eam dedit Esau, vt seruiret fratri suo, benedictionem enim petebat a patre*: Sine igitur vxores maritis non tanquam mercenariæ et conductitiæ, sed vt sociæ et amicæ: non illis superbe dominandum est, sed sobrie consulendum: obsecrandæ,

Epist. ad Celantiam.

Quale esse debeat mulieris subiectio.

L. 1. de vir. gin.

a. Principatus dominus subiectionis. Subiectionem subiectum. Plutarch.

De Paradis. cap. 14.

crandæ, non cogendæ sunt: compellandæ, non compellendæ. Etiam Ethnicis Imperatoribus res æqua visa est, vt societate quadam amicabili, non seueritate terribili viri et vxores inter se iungerentur: vt in ipsorum legibus hac de re sancitis extat: si quis libertam suam in vxorem acciperet, *Non cogenda es tibi* (inquit lex) *operas præstare*, sic cauetur etiam alia lege, *aduersus vxorem — successores expilare hereditatis crimen intendere non possunt*: ratio hæc interseritur: *Vxor socia rei humanæ, et diuinæ domus suscipitur*: id est, tam humani emolumenti, quàm diuini adiumenti particeps facta est.

Cod. lib. 6. t. 3. l. 8. Alexand.

Cod. lib. 9. t. 32. l. 4. Gordian.

8 Sic iam, vt vxor tenetur marito auscultare vt domestico consiliario, sic etiam conuenit, vt vir vxorem audiat, vt familiarem conciliatricem: Certe vbi vxor male consulit, reijcienda est: vt *Iob* vxorem suam, suadentem vt Deo malediceret, tanquam fatuam repellit: sic *Origenes Iobum* vxorem alloquentem introducit: *Tu fatua es deterior Eua insipientia, sed ego non effectus sum Adam in stultitia.* Vbi tamen consilium expromit sanum et salutare, æquum est, vt illi et aures adhibeat, et animum aduertat maritus: Dominus dixit *Abrahamæ, Obtempera voci Sarai, in omnib. quæ dixerit tibi.* Genes. 21. 12. Sunamitidis consilium sequutus est vir eius, quæ illi suggessit, vt cubiculum pararent, quo diuerteret propheta, illac iter faciens. 2 Reg. 4. 10. Sed alius nunc dierum mos apud imprudentes quosdam et prodigos viros inualuit, vt nulla in re ad vxores pie consulentes attendant: quib. si aurem præbuissent, et famæ suæ probius consoluissent, rem suam promouissent melius, et sanitatem prudentius conseruassent. Tunc igitur concentus optimus redditur, cum mutuò monita pia

Lib. 2. in 2. 3. b

Vxoris quæ do ea audiendæ sunt.

amplexentur

amplexentur conjuges: sicut enim *vincula sibi alternis mediis inuicem tanto sunt firmiora*: sic mutuis adhortationib. conjuges stabiliuntur.

In Populis quoniam vbi conubia ineunt, ibi deinceps hospitia fœdera. Plutarch.

9 Sed iam cum pharaonis filia Salomoni desponsata filiæ Dei Ecclesiæ typum gerat; non in literali sensu nobis semper hærendum est, sed aliquis etiam spirituali locus relinquendus: Bene enim *Tertullianus, Res in literis teneantur, vt litera in reb. legantur*, Ecclesia ergo filia illa est, ad quam se hic convertit Psaltes: filia quidem Christi est, quà Deus pater æternitatis. Isaiæ. 9. 6. sicut Pharaonis filia erat Salomoni veluti loco filiæ, si regimen illius et principatum respiciat: Christi etiam soror vocatur Ecclesia, Cantic. 5. 1. vt homo est, et naturam nostram assumpsit: sic enim non pudet illum nos fratres suos agnoscere. Hebr. 2. 11. Mater etiam est Ecclesia respectu fidelium; sic superna illa et cælestis Ierusalem, *mater omnium nostrum* vocatur Galath. 4. 26. Ecclesia ergo vocem Christi attentis auribus percipere debet: oues Christi illius vocem audiunt. Ioan. 10. 16. alienum pastorem nec audiunt, nec sequuntur. Christi vox sonum nisi in scripturis non edit: nulla alia ergo doctrina ab Ecclesia recipienda est, præter illam, quam nobis commendant scripturæ: Hic ergo papisticum illud dogma de traditionib. non scriptis corruit: quas a scriptura non solum diuersas, sed illi contrarias Ecclesiæ obtrudunt: scripturas vero omnia non continere ad salutem necessaria audaciter affirmant. Sed illis aduersatur Apostolus, qui hanc scripturis vim et efficaciam tribuit, vt hominem possent ad salutem eruditum reddere, et ad omne bonum opus perfecte instructum. 2. Timoth. 3. 15 17. Quod si igitur perfecta sapientiæ norma in scripturis tradatur,

Lib. de resurrect. carn.

Ecclesia filia Christi soror, mater.

Scripturæ omnia continent ad salutem necessaria.

quid opus est, vt aliunde fiat accessio: quicquid ad id, quod perfectum est, adijcitur, deficit, & est superfluum: optime ergo Tertullianus: *Nobis curiositate nen est opus post Christum Iesum, nec inquisitione post Euangelium.* Si quis vlterius quærit, similis est viatori, qui in ignota terra sine duce obambulat, vel tanquã nauis, quæ à gubernatore deserta in salo fluctuat: Sic scripturam ducem non sequi, ab errore non liberat, sed in errorem impellit: vt iterum bene ille: *Credunt sine scripturis, vt credant adnersus scripturas.*

Præscript. adnersus hæretic.

Ibid.

10 Vt iam eo reuertar, quo excidit oratio, vxoris est officium, tam in ciuilibus quam religiosis negotijs, se maritis pijs & prudentibus in disciplinam tradere. Illis ergo fœminis pudori est, quæ refractarias se præbent, atque etiam illi viri in vitio sunt, qui suo ingenio vxores permittunt, & religionem, quam velint, etiam falsam & corruptam profiteri sinunt: Multi inter Euangelicos connumerari gestiunt (sed tepidos illos putes) qui vxores tolerant ab Euangelio abhorrentes, quas Recusantes dicimus: Eximia est Ambrosij sententia: *in mulierum insolentia etiam mariti notantur:* vxor, si fidei & religionis suspectæ sit, facit, vt maritus etiam suspicionem incurrat. Huiusmodi certe nonnullæ fœminæ sunt, quæ animo tam obstinato se gerãt, & frænis suis tam pertinaciter agglutinentur & adhæresçant, vt inde se nullo modo auelli patiantur. Illi ergo coniuges hic notantur, quibus non omnino curæ sit, ad qualemcunque professionem vxores animum adijciant, neque operam adhibent, vt ad saniorem mentem redeant, parum admodum de earum conuersione soliciti: Obliti sunt Apostolicæ illius sententiæ, *Quæ conuentio Christo cum Belial, aut quæ pars fideli cum infideli?* 2. Cor.

Comment. in 1. Cor. 7. 14.

Maritus non patiendus vxorem alienam religionem sectari.

2. Cor. 6. 15. Quomodo igitur verus posset inter papistas & protestantes amor generari, saltem perdurare: cum alter veræ fidem prosequatur, alter execretur? *Tertullianus* bene monet, *Dominus non potest pro disciplina satisfacere, habens in latere diaboli seruum.* Et diuine certe scripsit, diligès ille Moralium collector, licet Ethnicus: quod mulier nullos alios sibi, præter mariti amicos compararet: & cum ex amicis præcipui sint dij, neque alios præter illos, qui à marito colluntur, Deos agnosceret. Atque ita concludit: *Nulli Deum grata sunt sacra, quæ mulier clanculum & furtim facit:* sed multo melius hanc rem explicat vetustus ille scriptor Christianus, qui mutuum inter coniuges in religione consortium requirit: *in ecclesia Dei pariter, in conuiuio Dei pariter:* Sic fiet, vbi consensus in diuino cultu animos coniugum tanquam vinculo firmissimo connectit, vt ibi alterum rerum successus optimus perpetuum se comitem adiungat, vt iterum bene ille: *eleemosyna sine tormento, sacrificia sine scrupulo, cotidiana diligentia sine impedimento.*

Lib. 2. ad vxor.

Τὰ γὰρ θεῶν ἱερὰ οὐ κατὰ μοιχείαν ἄγουσιν οἱ σωφρονοῦντες ἀλλ' ἐν ἀγορᾷ μάλιστα καὶ ναοῖς γαμετὰς ἔχοντες. Plutarch.

Tertullian. ibid.

Tertullian. ibid.

Obliuiscere populi tui & domus paternæ tuæ.

11 Secundum hoc vxoris officium est (vt primo historicum sensum attingamus) vt fideliter marito adhæreat, illius semper memor, vt ad illum comparati parentes æterna obliuione sepeliantur: vnde initio, in ipsa prima matrimonij institutione, hoc decretum promulgatum est: *Idcirco relinquet vir patrem suum & matrem suam, & adhærebit vxori suæ:* Gen. 2. 24. Sapiens sic mulierem impudicam redarguit: *Quæ relinquit ducem adolescentiæ suæ, & fœderis Dei sui obliuiscitur,* Prou. 2. 17. Duæ hic rationes reddun-

Maritali amor maior esse debet, quam parentum.

duntur, quare mulieri nullo modo à coniuge discedendum sit: primo, quia illo duce in iuventute sua fretus sit, qui ipse tum iuvenis illi placebat, & adhuc iuvenculæ suo consilio prospexit, cum ipsa sibi prouidere non poterat: atque etiam coram Deo inter illos fœdus ictum fuit, quod rumpi non debet. Hanc regulam sequutæ sunt honoratissimæ illæ fœminæ, matres populi Dei, nempe Sarah, Rebecca, Rachel, quæ patriam suam, parentes, amicos derelinquentes, maritis suis, Abrahamo, Isaacho, Iacobo se totas deuouerunt.

12 Michol Saulis filia, spreto patris mandato, vitæ Dauidis mariti consuluit, eumq; per fenestram dimisit: 1. Sam. 19. 12. Etiam Ethnicæ mulieres naturæ instinctu edoctæ sunt, virorum suorum salutem cæteris rebus omnibus anteponere. Cleopatra Antiochi magni filia Ptolomæo Epiphani in matrimonium elocata est, eo cõsilio, vt vitæ coniugis insidiaretur, sed patre neglecto à mariti sui partibus stetit, quod à Daniele longe ante prædictum fuit: *Virginem dabit illi corrumpendo illum, sed non perstabit illa, neque pro eo erit*, Dan. 11. 17. Hieronymus similia nonnulla nobilium fœminarum ex Ethnicorum historijs exempla excerpit, quæ virorum suorum memoriam apud se non passæ sunt interire. Bilia Duellij vxor, cum illi opprobrio daretur, quod fœtido esset ore, atque illi subirasci visus est, quod ipsi hoc non indicasset vxor, modeste respondit, *fecissem, nisi putassem omnibus viris sic os olere*: Martia Catonis filia, mariti lugens obitum, interrogata, *quem diem luctus haberet vltimum, ait, quem & vitæ*. Valeria Seruij vxor adduci non potuit, vt iterum cuipiam denuo nuberet, hoc responso omnibus satisfaciens: *Seruium semper viuere*.

Ethnicæ mulieres fidelem in vxori sunt.

Lib. 1. aduers. Iouinian.

13 Sic

13 Sic enim à Deo institutum est, vt vir & vxor vna haberentur caro. Genes. 2. 24. Qui igitur coniugum animos conetur disiungere, periode facit, ac si vnum idemque corpus vtrumque discerperet. Quemadmodum igitur in picturâ, colores, qui primi in tabula conspiciuntur, nouis obducti, nusquam comparent, & planta alij tranco insita, priorum non repetit locum, sed nouus accrescit arbor: & panniculus vestimento ad ipsum resarciendum assutus, pars illius iam efficitur: Sic viri cum vxore affinitas omnes alias cognationes extinguit, sicut stellæ à sole obscurantur: & vt Abimelech dicit Sarræ de Abrahamo, *Sees is tibi operimentum oculorum*, Genes. 20. 16. ne in alium quemuis oculos coniceret: Sic coniuges sibi mutuo sunt & oculis velamen, & affectibus operimentum: vt neq; oculis alium quemuis visum concupiscant, neque corde affectatum amplectantur. Apud Romanos in more fuit, vt nupta limen domus non transcenderet, sed pronuborum manibus portata introduceretur: in Bæotio itidem solebant ad primum sponsæ ingressum, axem plaustri ante fores cremare: quo facto innuebant sponsæ domi manendum esse sublato auehendi instrumento: vt in marito omnes suas cogitationes defigeret, & de commigratione ne somniaret quidem.

Ratio quare tam firma esse debeat inter virum & vxorem coniunctio.

Festus Rufus. 19. Plutarch.

14 Verum licet vxor parentes & paternam domum, cum nouo viro copulata, veluti à tergo relinquere debeat: non tamen prorsus parentes negligendi sunt: comparatiue ergo hæc dicta sunt, qualia in scripturis multa passim obuia sunt: ne quis hoc nude & simpliciter enuntiatum putet. Certe mulierum hic error est, quod nouæ cognatione acquisita, cito parentum memoriam obliterari patiuntur: Hanc ipsam ob cau-

Parentes vxorum cuius non omnino negligendi sunt.

sam Iudeis illud suum Corban exprobrat Christus, quo parentibus præsentem illis, omnia in altare conferebant. Marc.7.11. Non sic fecit Iosephus, qui vxori Ægyptiæ alligatus, & amplissimis honoribus locupletatus, patris sui tamen Iacobi non obliuiscitur. Neque Dauid hic obliuiosus fuit, qui parentes (ipse à Saulo oppressus) curæ & custodiæ regis Moab cõmendauit. 1.Sam.22.4. Ambrosius acriter in huiusmodi filias inuehitur, quæ parentum suorum immemores sunt: *Non pudet te filia sistere ingredientem ecclesiam, alienis manus, præterisse filia, anus mater extendat, dum tu transeas sublimi collo.* Sic igitur & anteferendus maritus est, & deferendum tamen parentibus: illi primus cedat locus, dum tamẽ parentes aliquo loco habeantur. Hieronymus iam suam interponat sententiam: *Seruite patribus futuri patres seruite matribus, vt & vestros mereantur matres nuncupari.*

In Exod.2.18.

Lib. de honorandis parentibus.

15 Nunc spiritualis istorum verborum sensus nos ad Ecclesiam veluti manu ducit: illam obliuisci patris & paternæ domus oportet, id est, vel idolorum, quæ antea colebat, quæ tanquam patres suos salutabat, vt Ierem.2.27. *Qui dicunt ligno, pater meus es, & lapidi, tu peperisti me.* Ita Cyrillus interpretatur: vel diabolus iste pater est sic exponente Augustino, *vndecunq; venerunt gentes à patre diabolo venerunt, sed patri renuntiabunt.* Vel ceremonias Iudaicas cum Lyrano hic intelligere licet, quæ Euangelij luce coruscante, tanquam vmbræ abeunt & euanescunt: vel Iustino Martyre interprete, *omnium patriorum morum obliuisci debemus:* Id est, hic nos monitos vult Psaltes, qui ex Iudæorum & Gentilium caulis ad Christi ouile transiuimus, vt eorum tam corrupti mores, quam

Quomodo Ecclesia debet obliuisci patris.

Cantab.c.7.

Exposit.in Psal.44.

Et nos quidem ibi Tertullian. Dial.cum Tryphone.

quam peruersi errores a nobis in perpetuũ exulent. Hic Pseudo-Christiani Romani in iustam reprehensionem cadunt, qui in superstitioso suo cultu multos ritus Romanorum, cũ pagani idololatræ adhuc essent, etiamnum hodie retinent. Quales sunt, ipsorum superstitiosa ieiunia, ciborum discrimen, festa, idola, multitudo sanctorum, de purgatorio, libero arbitrio, meritis dogmata, et eiusdem farinæ alia innumera: Quæ quidem corrupta Paganorum imitatio, etiam inter ipsos consũ pontifices maximos vnum, atq; ipsum virum primarium, nempe *Gregorium* primum patronum inuenit, qui sic suadet. *Festa Paganorum sensim in Christiana esse commutanda, et quædam ad eorum similitudinem facienda, vt facilius fides Christiana accederent*: Sed D. *Paulus* aliud nobis consilium præbet, ne faciamus malũ vt inde eueniat bonum. Rom. 3. 8. et *Tertulliani* hic iudicium *Gregorio* antefero, qui, ad Philosophorum doctrinam, quod attinet, talem cautionem adhibet: *Quid Athenis et Hierosolymis, quid Academiæ et Ecclesiæ, quid hæreticis et Christianis?* De *Platone* vero Philosophorum coryphæo, e quorum numero non est alter magis diuinus, sic loquitur. *Dolos bona fide Platonem omnium hæreticorum condimentarium fecisse*: De Paganorum vero ritib. sic sentit: *vt nihil dandum idolo sic nec accipiendum ab idolo.*

Pseudo Christiani Romani veteres Paganorum Romanorum superstitiones retinent.

Lib. 9. epist. 71.

De præscript. aduers. hæret.

Lib. de anima.

16 Sed vt reuertamur ad carnalium nuptiarum officia, vnde digressi sumus: sicut vxoribus præcipitur, vt se mariti lecto integras seruent, et illius exhibile ab alieno internoscant: sic viris vicissim eadem lex castitatis imponitur: vt vxor sui mariti tantum vxor est, sic vir vxoris sui sit proprius, vt monet Apostolus 1. Cor. 7. 2. *Propter fornicationem suam quisq; vxorem*

Vir aque ac vxori alligatus, atq; vnus vir.

exterum habet, et proprium quaq; virum habet: Augustinus hic optime: *Inutilem quæris inutilis esse, parem quæris mali esse nequeas.* Aiq; iterum, *si exigis hoc ab vxore, et non vis reddere hoc vxori, &c. vir vester tuus vilitem esse, et in villa iuxta?* Vnde ergo sit, quod viri plus sibi hic licere putent, quam vxoribus planè nescio. Inter quosdam certè populos, vt ferunt, scilicet Hispanos, Italos, et Turcas, capitalis criminis rea est vxor adulterans: sed si vir a coniugali lecto exorbitauerit, vt offensa leuis, sic venia facilis. Sed, qui sic præsumunt, sibi arrogant, quod scriptura non concedit, cum iure diuino, eidem legi vtriq; coniuges subiugantur: distent etiam feminæ viris suis contentæ esse: qui placuit illis iuuenis non displiceat senex: vt optime Ambrosius, qui propria verbis sensum suum exprimet: *Horrendus et inculsus est vir, semel placuit, nunquid vir alij frequenter eligendus? comparem sui hos requirit, et æquus diligit, vt si mutetur alius, ingens trahere nequit compar alterius: ita ingens tamen repudiat.*

De verb. Domin. Serm. 46.

De 10. Chord. c. 3.

Viri et vxores sint sibi mutuo contenti.

Ruffinus lib. 5. 17.

Vers. 11. *Et delectabitur rex pulchritudine tua.*

17 Sicut vxori hoc incumbit, vt se viro obsequiosum præbeat: illa se amabilem, ille amantem exhibeat: ob diligentiam rependat vir dilectionem: sic prudenter suggerit Ecclesiastes, *Fruere vita cum vxore, quam amas cunctis diebus vitæ tuæ, &c.* Ecclesiast. 9. 9. sic Proverb. 5. 18. *Lætare cum vxore adolescentiæ tuæ, sit cerua amicissima, et veprecula gratissima: vbera ipsius inebrient te omni tempore:* sicut cerua ceruæ est amantissima, sic vir vxoris amori se totum dedicaret: vt in-

fans

sans ab vberib. matris pendet: filius autem adultus inhiat, sic maritus non corpore solum, sed animo esse vxori coniunctissimus. Reciproca inter illos est in se reflectens flagraret affectio: vt de viro sic prædicatur: *Confidit ei animus mariti sui*: ita simile de vxore elogium effertur: *Assis cum bene, non cattus malo animo dies vitæ suæ*: Prouerb. 31. 11. 12. et sic mutuo sibi congratulantur sponsus et sponsa: *dilectus meus est, et ego illius*. Cantic. 2. 16.

Vir et vxor in vxorem debet esse reciproca.

18 Sic de Isaaco scriptura testimonium perhibet, quod amauit Rebeccam: Gen. 24. 67. et Iacob amore Rachelis exarsit, quo nec septennij inde seruitium non recusauit, dum modo illa potiretur: at vbi sunt (illi septem anni) in dolore animi, inquam, dies pauci sunt, præ amore quo diligebat eam: Genes. 29. 20. Cum Dauide nonnisi vnum esse Amalechitam Ziclagum vastasse, et de pugna a nobis cum abduxisse vxores, comperio: illum in ocreas esse, et eum vitæ periculo, quadringentis exercitus superos in fugam vertisse, vxoresque eius ex ipsorum manu ereptas recuperasse: 1. Sam. 30. 6. 20. Imo hæc mutua coniugum dilectio ita est naturæ consentanea, vt Ethnici suo exemplo hic præeuntes, Christianis merito pudorem incutere. Tam propenso erat animo et studio in vxorem suam Tiberius Gracchus; vt deprehensis in domo binis anguib. mare et fœmina, et vaticinante Augure, quod, si mas salvus dimitteretur, boni esset omnis marito indicium; quod si fœmina, vxori; ille fœminam intactam dimisit, vt coniux illæsa sibi superstes maneret. Verum Ethnici nullum amoris sui modum inuenire potuerunt: *Marcus Plautius*, audio, obisse diem suam vxorem Horestillam, funeri superuenis-

Exempla Ethnicorum coniugum mutuo sibi conciliantium.

Ex Valer. Max. lib. 4. c. 6.

ens, ensi suo incubuit, et sic vterq; simul funerati sunt: Portia Bruti vxor, ad eam de maritiæde rumore perlato, prunas ardentes deglutiens, cum ferrum ad manum non esset, occubuit. Immoderatæ istæ infidelium, et extra limites exundantes passiones, docerent Christianos moderato saltem et honesto amore in coniuges incalescere.

19 Vbi enim amoris non sit recursus, diuturnus nequit esse eius cursus: fluere definit si non refluat: bene monet sapiens, *Vire, cui sunt amici, calenda est amicitia*, Prou. 18. 24. vt dicitur etiam solet, *vt amyci amabilis ipse*: Sponsa sic alloquitur sponsum, *impone me vt signaculum super cor tuum*. Cantic. 8. 6. sicut sigillum applicatum, similem sui figuram impressam relinquit: sic amantium corda mutuo afficerentur: vt *in cæpis sanctis sanctis* obuersetur, *sic vir cum altera*: Prouerb. 19. Vitiosum est speculum, si vultum *deformem tristem* reddat inspicienti; et mihi me, lætum et hilarem: sic se plane res habet, cum viri et vxoris vultus sibi mutuo non respondeant: arridere se vno, sæpe exanimescit alter: cum lætam se illa offert, ille se mœstum et tristem ostendit; cum alter alterius vultum tanquam speculum reflecteret. Consulit *Salomon*: *Bibe aquam de cisterna tua*, Prouer. 5. 15. vt solet quis se propriis fontib. et cretare, et ex puteis suis solatium capere, ita se vxore sua oblectare debet. *Rex alligatur crinibus eius*. Cantic. 7. 5. propria domus vnum quemq; reficeret: et in horto pulchrè consiti hortulano deambulare voluptè est: hortus odores gratiosos non reddit, quam vxor prudens moresq; sic in Canticis sponsæ celebratur tanquam horti amœnitas: *Introiisse suum hortum soror mea sponsa, decerpsi myrrham meam cum aromatib. meis, comedi favum mel-*

Is Xenocrates Senex exhortatur desultorius: Plutarch.

Dulcis et amabilis vir et vxoris conspectus.

non est malla tua, labia vinum cōlantia tua. Cantic. 5. 12. Similem exornavit venustate cum virtute coniuncta vix experet voluptatem.

20 Nam non existimandum est, externam tantum sponsæ pulchritudinem hîc decantare prophetam: cum interior quædam forma sit, alterâ longe præstantior venustas virtutis expers vetustas est; et facies formosa non præ se ferens modestiam, odiosa, non gratiosa est: meminerimus, quid hac de re sapiens: *Velut monile aureum ad rostrum porci, ita mulier pulchra insipiens ratione.* Prou. 11. 22. Quibusdam faciei adest gratia, sed non menus, qualis nobis cum fucatis suis et pictis genis depingitur *Iezabel*: aliæ internis dotib. ornatæ sunt, non exterius forma splendentes, qualis erat *Mosis* vxor Zipporah, Aethiopissa illa: aliæ et intus et foris etiam nitent, vt *Sarah, Rebecca*: Sed virtus venustate præstat, et forma fides, et boni mores pluris habendi, quam pulchritudinis flores, vt facete ille: *Nolo te sponsum Formosi fieri, sed Pallados*: Id est, non pulchritudinem in vxore, sed prudentiā requiras. Formam senectus exedit, morbus corrumpit, animi ægritudo vitiat: sola virtus istorum telis non cedit, nec vnquam cadit: Amor coniugalis reb. vanis lapsis cito euanescit: sed virtute fundatus, non confunditur: bene etiam hic Hieronymus: *Amor formæ, rationis oblivio est, et insaniæ proximus.*

Pulchritudo interior exteriori præstat.

Velut ad Rosa.

Lib. 1 aduers. Iouinian.

21 *Rex delectabitur pulchritudine tua*: Cum mystico sensu hic adumbretur Ecclesia, documento est, fideles Christi iam sanguine ablutos et candidos factos, Apocal. 7. 14. Deo gratos et acceptos esse: sic sapientia clamitat, *Delicia mea, esse cū filijs hominum*, Prou. 8. 31. Ista vero pulchritudo non est nobis nativa

Mentis pulchritudo non natiua ipsa, sed gratia indita est.

tius et ingenita, sed ex Deo nobis additus, ipse est qui purpureas nostra peccata lanæ et niui similia facit. Isai. 1. 18. Hominis natura iam deprauata et deformis facta est, ad quoduis bonum prorsus inepta. Pellitur ergo pontifex, qui tenent *aliquis homo opera fieri posse ab infidelib. solis naturæ viribus*. Sed contradicit scriptura: Dominus noster Christus ait, *Sine me nihil potestis facere*. Iohan. 15. 5. Hæc igitur, quæ Deo placemus, non ex natura forma est, sed ex gratia, vt bene hic *Augustinus*: *Quicquid habeas, vnde illi placeas, ab illo habes*. Quæ quidem diuinitus in nos collata pulchritudo, non est tamen omnib. numeris suis perfecta: luci nostræ aliquæ permistæ sunt tenebræ: formæ nostræ næui quidam deformes insunt, ita tamen, vt nostræ infirmitates Christi perfectione compleantur, et maculæ Christi sanguine abluantur: et sic Ecclesia Christi amicta iustitia, dicere possit, vt est in Canticis. *Nigra sum, sed decora*. Cantic. 1. 5.

Bellarm. lib. 5. de grat. et lib. arb. cap. 3. Sect. secundum.

Expositio psal. 44.

22 Discite hinc viri, quomodo vos in vxores geratis, sint vobis in delicijs, in sinu vestro et gremo illas fouere: vxor sic de marito suo iactet: *Dilectus meus electus ex millib.* Cantic. 5. 10. et vicissim vir de vxore prædicet: *Speciosissima fœminarum*. Cantic. 1. 7. Talis oculis mariti videri debet: atq; id ipsum innuit sapientissim. ille, cum sic ait, *Errato in illius amore iugiter*. Proverb. 5. 19. iste enim genuinus sensus est Hebraicæ vocis רעה *shagah*, quam septuaginta exprimunt, per Græcũ πλανῶσθαι, id est, veluti amore vxoris circumductus: tuto sic erratur, salutaris iste error, imo error est sine errore: cũ cõiuges opinione sua mutuo de seipsis concepta se fallant, sic decipi, non desipere, sed sapere est. Verumtamen nimius

Quomodo vir errare debet in amore vxoris.

amor

amor in vitio est, et tolerabilis quædam dementia: præ amore insaniens Sampsō Dalilæ suæ retib. illaqueatus est: qui cum illi cordis secreta aperuit, insipientiæ suæ perire meruit. *Hieronymus* de quodam narrat (cuius rei authorem habet Senecā) qui fascia vxoris cū exiret in publicū, pectus ligabat, et ne horæ puncto eius præsentia careret potuit, potionem q3 nullam nisi alterius labris tactum vir et vxor hauriebant: vt Poeta eleinit de Paride, *et quæ in libel. rat, bacage parte libet* et sic concludit, *sapiens vir iudicio debet amare, non affectu, nihil scire, quam vxorem amare tanquam adulteram.* Sed quia raro hīc peccatur a viris in nimio vxorum amore: sed in defectu potius amoris, quam excessu erant plerunq; conuiuges, non opus igitur est, vt hīc longius euagetur oratio. Certe aliqui reperiri possunt, qui etiam vxorum consuetudine intemperanter vtuntur, quod de quodam nomine Theotymo narrat Ambrosius, qui *oculis laborans interdicta sibi a medico cœnandi facultate, volens scientibus, tamen vxori conuiuebat, dicens, vale amicum lumen.* Sed tamen maior eorum est numerus, qui vxores propriis fastidiunt, et aliena carne libidinem saturare quærunt: quod monstrum plane et res prodigiosa est, et naturæ repugnans, vt corporis communione coniuncti, animis et affectib. separentur: *Nullus enim vnquam* (vt ait Apostolus) *suam ipsius carnem odio habuit.* Ephes. 5. 29. Sed vir et vxor in vnam iam carnem coaleuerunt: recte igitur *Hieronymus: Impudicitia monstrum est, non vitium — in aliena vxore amisit amor turpis, in sua nimius.*

Iudic. 16.

Nimius amor inter coniuges in vitio.

Lib. 1. aduers. Iouinian.

Lib. 4. in Luc.

Defectus amoris, quam excessus sæpius reperitur.

Lib. 1 aduers. Iouin.

Cum sit Dominus tuus, incurua te ei.

23 Hebraica vox שחה shachah *incurvare* significat, quam septuaginta interpretes reddunt per Græcum προσκυνεῖν, quod ad quamcunq; genuflectionem, (sicut & Hebræum vocabulum) denotandam æqualiter extenditur, sive diuino sive ciuili cultui debitam: primo igitur, si historicum sensum sequamur, tertium officium coniugale hic vxori præcipitur, nempe obseruantia debita in maritum: sic Apostolus, monens, vt vxores viris suis subditæ sint, Ephes. 5. 22. vno verbo integrum vxoris officium complectitur, vt & actu obedientem, & gestu & habitu viri sui se obseruantem ostendat. In hunc finem D. Petrus Saræ exemplum ob oculos ponit, quę verbis reuerenter admodum excepit, Abrahamum, eum אדני *adonai*. Dominum appellans, 1. Pet. 3. 6. vt scribitur Genes. 18. 12. pari reuerentia Bath-sheba Dauidem salutauit, & Domini compellatione, & corporis inclinatione eũ honorans, 1. Reg. 1. 16. 17. Quod si quis dixerit, hunc illam Dauidi vt regi, non vt viro suo honorem exhibuisse (quem tanto fuisse maiorem fatemur, quia duplicem personam sustinuit) tamen etiam aliquem simplici viri personæ honorem deberi. Abigail suo exemplo demonstrat, quæ postquam à Dauide nuntium de ipsa in vxorem ducenda accepisset, & facto & verbo reverentiam suum palam fecit & corpus incuruans, & Dominum eum, nec præsentem, nec adhuc regem compellans, 1. Sam. 25. 41.

Vxori & sollis & debis maritorum esse cognoscit.

24 Vir enim imago est & gloria Dei, 1. Cor. 11. 7. specialem in modum, & eam ob causam dignus, quem

quem reuereatur vxor. Quædam est Dei imago viri, que tam viro, quam fœminæ communis: vtrique enim ad imaginem Dei creati, tam mas, quam fœmina, Genes. 1. 27. Quam quidem imaginem ad hominis excellentiam & dignitatem accommodat *Gregor. Nyssenus*, qui ait, *Omnibus hominibus fas fuisse participem humanæ naturæ*: cum homo in creatione & carne mortali indutus sit, & mente immortali prædictus. Ambrosius, in animæ substantia hanc imaginem adumbrari vult: Theodoretus hominem secundum Dei imaginem, *quasi imperium & principatum*, fabricatum existimat: Cyrillus Alexandrinus sic interpretatur, quod *diuinam effixit effigiem, vtique sanctificatio est*: sic exponit Apostolus opinatur Moysis interpres, Eph. 8. 24. Ista imago, quocunq; modo accipiatur, ad vtrumque, marē & fœminam spectat. Sed quæ dam imago Dei est, specialiter intellecta, quæ in viro magis, quam muliere cernitur. Tertullianus corporis fabricam insinuari existimat, *Deus* inquit *Christo formaturus hominem, ipsum sibi verum*, dixit faciamus hominem secundum imaginem nostram, &c. Ambrosius sic: *sicuti ex Deo omnia*, ita ex vno homine omnes homines. Augustinus hanc rationem reddit: *Quia in homine plus eligit ratio, quam in fœmina*: vnde Dei imago viro potius ascribitur, quam vxori: Sed Theodoreti expositio magis arridet: *mulier viro subiecta est, & ei parere iussa*: In hoc ergo vir Dei imaginem repræsentat, quia vxori regendæ præest, sicut Deus vniuersa gubernat.

Vir quomodo imago Dei.

Lib. 1 de creat. homin. cap. 23.

Exhort. ad virginit.

In 1. ad Corinth. cap. 11.

Imago Dei in hominē quibus in rebus consistat. Lib. 5. aduers. Marcion.

Ex citat. gloss. ordin. in 1. Cor. cap. 11. vers. 7.

25 Mulier ergo se viri ingenio attemperare debet, & studiose, vt illi in omnibus licitis placeat, operam dare: vt sapiens docet: *Responsio mollis auertit indignationem*, Prouer. 15. 1. Sicut res molles rerum violentarum

Quomodo vxor se accommodare debeat ad viri ingenium.

violentarum impetum frangunt, sic iram comitas mitigat: sicut aquæ exterunt lapides. Iob 14.19. vt iuncus cedendo tempestati non læditur, cedrus vero obsistendo finditur: Ita tali polleret iudicio mulier, vt mitissimo suo obsequio domesticas tempestates sedare sciat. Quod Abigail effectū dedit, quæ Nabalem tu per ledit alloqui, donec edormiuisset crapulæ postea illum sobrium factum prudenti sub sermone aggreditur, 1. Sam. 25. 37. Non decet mulieres maritis se veluti ex diametro opponere: vt cum illi frontem exhilarent, ipsæ suam corrugent, & cum illi ad lætitiam se componant, uxores tristitiam dissimulent: Sed sicut medicorum opinio est, ficus siccas etiam *dextrâ partibi sanctum sui mittere*: & sanguinem mittere solent ex aduerso latere: sic vir & uxor mutuo dolore affici erantur. Vtrinque alter alterius offensionem caueret & declinaret, maxime vero, ne verborum molestia se inuicem prouocent. Ambrosius illa Psalmi verba tractans, *Dixi custodiam vias meas ne peccem lingua*, Psal. 39. 1. bene annotat; *alia sunt vitia, quæ debemus fugere, alia, quæ custodire fugiendo vitia Domini, custodire nostras*. Linguæ ergo via diligenter obseruari debet, vbi facilis est lapsus.

d. Hieron. & alii Patres sancti.

In Psal. 38.

Iam vero, cum corpus tam in diuini, quam ciuilis honoris exhibitione, incurui soleat, vt supra obseruatum est: sicut primo historice ista in Salomonis vxorē prophetia completa est, quæ reuerentia debita illum non fraudauit, sic spiritualiter ad Ecclesiam refertur, cui Christus summo honore adorandus est. Hinc iam adorationis discrimen oritur cuius duo sunt genera, vnum ciuile, quod tribuitur creatori, alterum diuinum & religiosum Deo soli proprium Creatori: hæc distinctio ex scripturis ipsis colligitur.

colligitur. Cū enim Cornelius ad Petri pedes procidebat eum adoraturus, prohibuit eum Apostolus sic facere. Act. 10. 25. Cum vero Sunamitis ad pedes prophetæ prouoluta illos prehendit. 2. Reg. 4. 27. vt Abigail ante coram Dauide se ad terram vsq; dimisit. 1. Sam. 25. 24. Propheta illi non interdicit, sed potius seruum suum obiurgauit, quod illam repelleret: Istius differentiæ ratio est, quod alter Apostolum religioso quodam cultu honorare videbatur, qui recipi non debet, aliter ciuili honore prophetam prosequebatur, quo virum tantū excipi decuit: *Origenes* satis apte hoc discrimen obseruauit, super illa verba, Genes. 49. 8. *Adorabunt te filij patris tui*: iste sermo (inquit) paulo durius *refertur ad Iudam, nisi aba. sive dicamus adoratos esse quasi reges à fratribus*. Adoratio igitur, vel proprie sic vocatur, & ad Deum solum pertinet, vel abusiue usurpatur, & sic etiam hominib. communicari potest: hæc duo genera tribus modis distinguuntur: conceptione mentis, intentione voluntatis, & positione corporis: sic in diuina adoratione, primo mens concipit, diuinam aliquam adesse præsentiam, quod bene intellexit Iosua, postquam didicerat, quisnam ille esset, quem exerto gladio & tanquam armatum conspexerat. Iosh. 5. 14. Hoc semel intellecto, sequutum est seipsum demisse humiliandi propositum, tum deuotio ipsius sic intus decreta, in actum exiit, prostrato humiliter corpore. Sed non tam facile est ista genera ex gestu corporis, vt genuflectione, demissione corporis, inclinatione discernere, quā ex interno mentis habitu: quia externi actus in vtroque cultus genere familiares & vsitati sunt, nisi quod animus quo magis deuotus sit, & corpus tāto solet esse demissius. Sicut Petrus Act. 10.

De duobus gradibus cultus religios & ciuilis.

Hom. 17. in Genes.

Quomodo cultus religiosus à ciuili distinguatur.

& Angelus, Apocal. 22. ex solenni apparatu corporis, quid sibi intus proponebat ipsorum animus, facile iudicabant: Exterius ergo corporis habitus seipsum aliquando superat & excedit, quod Origenem non latebat, qui ex parabola illa, Matth. 18. hanc diuersitatem animaduertit: seruus qui multorum erat Domino talentorum debitor, illum ——— procidens adorauit, vers. 26. sed conseruum suum alter ille debitor, tantum ——— procidens rogabat.

Tract. 7. in Matth.

27 Hic igitur papisticum illud commentum reijcimus, qui sibi duas religiosi cultus species cõfinxerunt: Vnam Deo tantum dicatam, alteram Sanctis communem: ciuilem honorem in tertio loco ponunt. Sed scriptura religiosi honoris vnicum agnoscit modum, illumque Deo tantum sacrum. Angelum Ioannem à sui adoratione prorsus dehortatur, & Deum colere iubet, Reuel. 22. 9. Non omnem adorationem piam reijciebat Angelus, si potuisset illi aliqua saltem impietatis exhiberi: ex quo loco sic Ambrosius refert: *nec Dominus vtique se adorari pateretur, nisi quia Deus esset*: sic Augustinus etiam hunc locum explicat: *vetat scribitur ab Angelo hominem prohibitum, ne se adoraret, sed vnum Deum*. Atque idem docet, quo cultu à nobis Sancti obseruandi sint: *honoramus eos charitate non seruitute, &c. eo scilicet & dilectionis cultu, quo in hac vita sancti homines à nobis coli possunt*. Non alius enim iste cultus est, quam qui ciuiliter exercetur, licet altiori gradu: sic regem & nobiles eodem cultus ciuilis genere subditi venerantur, sed diuerso gradu: Ciuilis ergo iste honos alios atque alios admittit gradus, genera nequaquam. Atque ita Cyrillus huic loco exitum dabit: *Sancti Martyres ——— nec adorare consuerunt, laudantes eorpatius*

Religiosum cultum soli Deo deberi.

In 9. cap. ad Roman.

De vera rel. cap. 55.

Ibid.

Citat. Concil. Magunt. c. 45.

Lib. 6. cont. Iulian.

tibi summis honoribus, quod proxime ad Christum accedit.

28 Sed de spiritualis istius loci sensu aliquid insuper adijciendum est. Hic Ecclesiam adhortatur propheta, vt summa veneratione Christum etiam hominem, potentissimum & supremum suum Dominum colat: quod Apostolus ex Psalmo didicit Heb. 1. 6. *Quum inducit primogenitum in orbem terrarum, dicit, adorent eum omnes Angeli sui.* Diuinus cultus ergo Christo vt Deo, & homini debetur. Hic iam obiter notandus est insignis *Bellarmini* error, qui distertis verbis affirmat, Diuinum illum cultum, qui *latria* vocatur, à Christi humanitate alienum esse, sed alium inferiorem cultum, ex illo genere, quod *dulian* appellant, verum eminentiore quodam gradu, cui nomen *hyperdulia* assinxerunt, *Theologi nostri* (inquit) quibus & ipse assensum præbet, *soli humanitati Christi, & matri eius tribuunt.* Verum si duo diuersi & distrepantes cultus Christo deferentur, vnus illi vt Deo proprius, alter vt homini tributus, non procul hoc aberit ab hæresi *Nestorij*, qui duas Christo personas ascripsit, atq; isto modo duos etiam Christos commentus est. Adoratio enim tanquam res debita toti & integræ personæ persoluitur: vbi ergo duæ adorationes excogitantur, & totidem etiam inueniuntur personæ. Hac ratione inducti patres, qui in prima synodo Ephesina aduersus Nestorium congregati sunt, in hoc laborant argumento, Christum Deum & hominem vna solum adoratione celebrandum: quod Cyrillus ex illo loco Ioannis euincit, cap. 9. 33. 37. *Eum filium* (inquit) *Dei esse cæcus à natiuitate, quis est Dominus* (ait cæcus) *filius Dei, vt credam in eum, Christus vero stipsum cum corpore ostendebat, qui loquitur nobis, ipse est.* Atque idem Cyrillus (cui reliqui patres assentiuntur,

Lib. 2. de sanct. cap. 12. §. tertia.

Vna adoratio Christo Deo & homini debetur contra Bellarminum.

De incar. cap. 16.

Epist. Synod. qui synodo illi interfuerunt) sic apertis verbis scribit: *Vnus intelligitur Christus una seruante cum carne adorandus, &c.* vnde authores fuerunt olim canonis:

Ephesin. Synod. c. 9. *Si quis audet dicere assumptum hominem condeorandum Deo verbo, et conglorificandum, — ac non potius vna supplicatione venerandum. Emmanuele, diuinaq; glorificatione dignum, anathema, &c.* Hic non potest illo suo commento subterfugere, quod Christo ista hyperdulia conseranda est; *sic enim* humanitas *Christi confideretur?* imaginaria enim mere ista hypothesis est: Christi enim, ab eo seperata, non amplius est humanitas. Adoratio est quiddam in actum prodiens: illud etiam actu existere oportet, cui adoratio præstetur: talis verò humanitas, quæ seorsim à Christo respiciatur, nusquam est. Alterum illum errorem intactum prætereo, vt à proposito nostro alienum: quod humanitatem Dei in vnitatem personæ assumptam, et virginem *Mariam*, tanquam æquales et socias eodem honoris genere et gradu insigniendas decernit. Eum cum illa *Tertulliani* sententia aduersus Marcionem dimittam: *Non valebit blasphemia furculus, arescit cum suo artifice.*

Christi humanitas à diuina natura non separanda.

Lib. 2. cont. Marcion.

29 Nunc vt ad finem tendat oratio, et eo iam recurrat, quo excurrerat: in reciproci coniugij officij descriptione desinam, vbi prius incepi. Sicut vxor marito reuereri et obseruare, ita vir vxorem tueri et amare debet: sic Apostolus præcipit, ne viri sint aduersus vxores amarulenti, Coloss. 3. 19 et D. *Petrus* sic adhortatur. *Viri habitent cũ vxoribus secundũ scientiam, vasi muliebri vt infirmiori tribuentes honorem:* Vas fragile, nisi molliter tractetur, cito dissipatur, sic vxor, nisi prudenter regatur, facile corrumpitur. Lenitate et mansuetudine nonnunquam superatur,

Coniuges sic mutuo obseruent et tolerent.

quod

quod austeritate nullo modo recuperatur. Hic interseri commode posset illa fabula de certamine inter solem et ventum, uter citius viatori exueret pallium: sol lento æstu inuitat, vt pallium exueret, cum ventus molestis flatib. cum nō cogeret: sic inter coniuges tranquillitas effectum reddit, quod tempestas nequit, et pacifica concordia perficitur, quod bellicosa lite non efficitur. De Cyri militib. memoriæ traditum est, quod illis in mandatis dederint duces, vt si in ipsos cum clamore hostes irruerent, illos cum silentio excipérent, et si quieti conticescerent, tum illos cum stropitu adorirentur: idem facerent coniuges, vt alter alterius mœstum silentium blando alloquio interpellaret; illam sequentes regulam, quam ab amicis seruari vult *Ambrosius*: *Neq; monitio sit aspera, neq; obiurgatio contumeliosa, sicut enim adulationis expers amicitia, sic aliena insolentiæ.* *Plutarch. de præcept. coniugalib.* *Lib. 3. offic. c. 26.*

30 Nunc vt ad exitum festinet oratio, de occasione instanti hæc aliquid adijciendum est, quam solennes hæ nuptiæ inter nobilissimos principes Dom. *Fredericum* Comitem Palatinum, et Dom. *Elizabetham* Regis nostri optimi lectissimam filiam, nobis iam offerunt: In hoc tam nobili coniugum pari scriptura ista adimplem est; Ad illam, hoc sententiæ membrum pertinet: *Audi filia, &c. obliuiscere populi tui, et domus tua paterna:* Loco defuncti fratris alium illi Deus consolatorem inuenit: ipse erit illi solatio, et istius paternæ domus mœsticiæ illi obliuionē inducet: Non opus habet, vt cum *Hieronymo* conqueratur, *amico suo*, destituto. *Ex duob. oculis vnum mihi perdidi, Innocentium enim partem animæ meæ repentinus febrium ardor abstraxit, nunc vno et tuto mihi lumine Euagrio fruor.* Licet enim ad eundem modum æstuans febris veluti alterum oculorum pro tempore extinxerat, *Accommodatio scripturæ ad præsentes nuptias serenissimorum principum.* *Ad Rusticum.*

erat, cum sublatus erat *Henricus*: in nobili tamen suo sponso, quo orbata videbatur, restitutus est ocellus: vt nunc vtroq; suo lumine iterum gaudeat, Principe *Carolo* charissimo fratre, et Principe *Friderico*, dilectissimo coniuge: De Principe nostra *Elizabetha* illud Salomonis enuntiari potest. *Multæ filiæ fecerunt fortitudinem, tu vero supergressa es omnes illas: fallax est gratia, et vana pulchritudo, mulier timens Deum ipsa laudem comparat sibi*, Pro. 31. 29. 30. Iam non dubitamus, quin ex altera parte in principe Inclytissimo, alia scripturæ pars exitum habeat: *Dilectabitur rex pulchritudine tua.* Spes nostra est, sic pro infinita sua prudentia ordinante Deo, vt mutuo sibi sint consilio & solatio, vt de altero utro dici posset, *Fidelis in consiliis, in prosperis læta, in tristibus mansa.* Quæ tã suauis societas, religionis consensu augetur plurimũ, et confirmatur. Nodus iste certe, quem non naturalis tantũ inclinatio, sed & spiritualis devotio colligarũt, indissolubilis procul dubio est: *Non enim vehementior est natura ad diligendum, quam gratia*, vt *Ambrosius*: Vbi horũ altera dominatur, amor gignitur, vbi prævalet melior, tãto amor maior: vbi cõiunctis operis vtraq; exerit se, illum amorẽ perfectũ, et omnib. suis numeris absolutum esse necesse est, vt iterum ille; *Ad emulandam spiritalem benevolentiam, necessitudo gratiæ*: Duplex hoc et coniugalis affinitatis, et religiosæ pietatis vinculum mutuo nexu sibi intextum, faxit Deus, vt firmum et inconcussum vsq; ad vitæ ipsorum finem maneat, ad Dei honorem, Ecclesiæ commodum, ipsorum salutem, vtriusq; regni emolumentum, in nomine Saluatoris nostri omnipotentis & misericordis Domini Iesu Christi in secula benedicti, Ecclesiæ sponsi, Regis Regũ, et Domini dominantium, cui sit laus et gloria in perpetuum.

Ambros. lib. 1. officior. c. 34.

Lib. 1 officior. c. 5.

Finis prima partis.

SECVNDA PARS
DE HONORE ET PRÆMIO SPONSÆ SALOMONIS
Ecclesiam Christi adumbrantis.

Vers. 13. *Tunc filiæ Tyri cum muneribus facient tuam præcebuntur, divites in populo.*
14 *Tota honorata filia regis intrò fundit aureis vestita.*
15 *Cum phrygianis deportatur ad regem, virgines post eam, amicæ eius adducuntur ad te,*
16 *Deportantur cum summa lætitia & exultatione, intrant in palatium regis.*
17 *Loco parentum tuorum erunt filij tui: præponet eos principes in tota terra.*

PRimum honoris indicium & argumentum, quo gloriosa ista sponsa afficitur, à donis illis & muneribus petitur, quæ opulenta vrbs Tyrus adduceret, ad istarum nuptiarum solennitatẽ celebrandam: quãta esset gloria, quæ opulentia Tyri, propheta indicat. Isaiæ 23. 8. *Cuius mercatores erant principes, negotiatores eius honorati sunt terræ.* Et quas exercebat mercedes Tyrus, cum omnibus fere nationibus negotiata, ex Ezechiele, cap. 27. manifestum

Tyrus quã opulenta vrbs.

ſtum eſt. Sic Tyrus inter alias gentes, dona ſua miſſura erat, non eam ſolum ob cauſam, vt regis fauore potiretur, vt longe poſt hæc tempora Herodi pro pace ſupplicabant Tyrij, *eo quod regio ipſorum alueretur ex regis agro*, Act. 12. 20. quia palæſtinæ illis annonam ſuppeditabat: ſed eo animo præcipuè hoc fecerunt, vt iſtis nuptijs congratularentur: ſimilem habemus prophetiam. Pſal. 72. 10. *Reges Tarſhiſh & inſulæ munus reddent, reges Sheba & Seba donarium offerent*: hæc impleta fuit prophetia, cum Hiramus Salomonem muneribus quibuſdam donauit, 1. Reg. 4. 10. & quando regina Shebæ ad Salomonem cum ampliſſimis donis, auri, aromatum, lapidum preciorum profecta eſt. 1. Reg. 10. 10.

2 Hoc pacati & proſperi Salomonis regni ſignũ fuit, qui ab omnibus pro ſapientia in honore habitus eſt: & adiacentes omnes regiones illum obſeruabant, non vi compulſi, ſed ſua ſponte inducti: vnde apparet, tum demum regibus proſpere omnia ſucceſſura, cum iuſtitiæ adminiſtratione & pacem conſeruant domi, & amicitiam cõparant foris: cum neque ſubditis ſuis tyrannide intrinſecùs moleſti ſunt, nec vicinis extraneis iniuriam inferunt: hoc hiſtorice de Salomone prædictũ, *florebit in diebus eius iuſtus, & amplitudo pacis: coram eo honorẽ exhibentes incurabunt ſe barbari, & inimici eius pulueremlingent*, Pſal. 72. 7 9. Hoc ſic contigiſſe legimus, 1. Reg. 4. 24. Salomon *dominabatur in omnes reges citra flumen, & pax erat ei ab omnibus lateribus ſuis in circuitu*: pace fruebatur, non vi illa parta nec dolo obtenta, ſed amica quadam cõfœderatione acquiſita: Simile de Theodoſio teſtatur Ambroſius, *Maluit ſibi homines religione, quã timore aſtringere*. Ethnicorum hiſtoriæ æternæ memoriæ famam

Regum felicitas, quod amore conſeruatur, quam quod timetur.

In obit. Theodoſ.

famã Agesilai Lacedæmonis, & Periclis Atheniensis contectarunt, quorum ille, audito, ingenti clade Græcos ciuili bello inter se commissos, occubuisse, exclamauit: Væ tibi Græcia, quæ tot milites occidisti, quot *omnibus barbaris deuincendis sufficerent.* Pericles cum Atheniensis starent manus cum hostibus impari marte conserere, illos prohibuit, arma & portarum claues sigillo communiens: tanta animi moderatione fortes isti duces præditi erant, sanguinis parcissimi.

Vt Troiã Græcorum ciuili bello euersam Plutarch.

3 Quod si quis scire cupiat, quid Tyrios cæteroſque populos impulerit, vt *Salomoni* tam morigeri essent, certe alia non potest reddi ratio, quam quod sapientia præpollebat, & diuinæ voluntati adhuc ipse obsecundauit: sic enim Deus ad *Elin. Honorantes me honorabo, & qui it contemnunt, ignominia afficientur.* 1. Sam. 2. 30. Vt *Ambrosius* optime, *Quanto Deo vicinior fuerimus, tanto aduersarii à nobis longius repellentur.* Et ex altera parte Valentis Imperatoris Ariani Ecclesiæ Dei immanis persecutoris exemplum producit, qui a Barbaris fuerat bello superatus: *vt ibi primum* (inquit) *fides Romano imperio frangeretur, vbi fractum est Deo.*

Vide cuniti, quod tot gentes se Salomoni subiecerint.

Serm. 40.

Lib. 2. de fid. c. 4.

4 Iustus ergo & pacificus Rex similis est pluuiæ, quæ *descendit super fœnum herbam*, Psalm. 72. 6. Quæ facit, vt germinet: truculenti vero & crudeles principes falcib. assimilari possunt, quibus herba succidiur, vt Rex Assyriæ nouacula vocatur, quæ *abradit pilum capitis & pedũ, atq; ipsam barbam*, Esai. 7. 20. Ille est tanquam *abscõsio à vento, & latibulum ab inundatione.* Esai. 32. 2. Hic vero tanquam ingruens procella, & tempestas: vnus *sicut riui aquarum in terra arida*: alter, vt aquarum inundatio omnia loca pernadens.

Descriptio Clementis & boni & ex altera parte crudelis principis.

Tertullian. Nilus Ægypti vinus agros inundatione feraces reddit: Tyberis vinus Romæ.

Isai. 8. 7. Ille solatium adferens, vt cum *Nilus ascendit in arua*, Iste terrorem incutiens, vt *cum Tyberis ascendit in mœnia*: & tanquam ignauus inquilinus cuius negligentia perstillat domus. Eccles. 10. 13. Sic se habet Respublica, cum omnia conniuente vel tyrannidem exercente principe, pessum eunt, & ruunt in deterius: Alter vero qui paci studet, est tanquam instaurator ruinæ. Isai. 58. 12. Vt bene etiam ille: *Misericordia facilius liberat, quam rapina, gratia longius valuerat quam sagitta.*

Ambros. ser. 86.

De diuersis donorum generib.

5 Nunc cũ donorum Tyriorũ mentio hic fiat, illud non omittendum est, varia esse munerum genera: est munus quoddam *gratulatorium*, cum amici sibi mutuo congratulantur, Esther 9. 19. Aliud *compensatorium* est, cum iniuria illata largitione compensatur: quod præstitit *Zacheus*. Luc. 19. 8. *Opitulatorium*, cum paupertum indigentiæ succurritur: *honorarium*, cum viris dignitate aliqua eminentibus aliquid dono mittitur: vt *Iacobus* isto modo fratri reconciliatus est. Gen. 33. 8. Atque huius generis donaria sunt, quæ à filia Tyri hic afferuntur: qualia etiam ad regiam planè istarum nuptiarum solennitatem multa tam ab exteris principibus, quam à nostratibus proculdubio confluent: præter hæc donorum genera, aliud est, ne dignum illud quidem, cuius vel mentio fiat, quod vocari potest donum corrumpens vel *destructorium*: cum muneribus oculi occæcantur, & iudicium corrumpitur: vt *Felix* sibi à *Paulo* pecuniam dari expectauit: qua spe sua frustratus, illum reliquit in vinculis. Act. 24. 28. Talia verendum est, ne passim volitent munera: sed corui pennis, non columbæ circumferuntur, ab arca Ecclesiæ homines viscoso suo implicatos auolando abducunt,

Contra dona corrumpentia. Corous licet ad arcæ superficiem & ipsum nunquam reuersus est in arcam ad Noëmum. Genes. 8. 7.

cunt, non aduolando reducunt: pauperum multorum ius vinctum iacet cũ *Paulo* in tenebris, nec solui potest, quia clauis illis argenteus deest, quo carceris istius fores reserentur: Sed caueant sibi homines, ne cum Esauo, pro tenui iusculo ius vendant, & ipsam æternam hæreditatem precio venalem exponant: huiusmodi dona illis semper suspecta sint, *Vbi ditior est largitor, cui largiendum est, pars sacrilegij est rem pauperum dare non pauperibus*, vt *Hieronymus*. *Ad Pammach.*

6 Nunc ad mysticum sensum, quod attinet: Christi regnum hic nobis describitur, quod regnum pacis est: & externam pacem adfert, sed interna donat præcipue: vt habet Propheta, *Tundent gladios suos in ligones, & hastas suas in falces, non attolet gens contra gentem gladium, nec exercebuntur ultra ad prælium*, Isai. 2. 4. Ecclesia Christi precibus creuit, non armis, verbo non gladio: persuasione nõ pulsatione: De illis ergo facile est iudicium & eorũ religione, qui paci inimici sunt, qui sanguine pinguescunt, & super aliorum ruinas edificant: purpurea illa Romæ meretrix, noua Babylon, ipsa est, quæ sanguine martyrum ebria fuit. Apocal. 17. 6. seditionis fax & rebellionis officina Vulcania, coniurationis in principes flabellum. De sanguinolentis Pseudo-Christianæ Romæ antibus, eadem sententia ferri potest, quam de veteri Roma tulit *Tertullianus*: *Quemodo ob religionem magni, quibus magnitudo ob irreligiositatem prouenit—tot sacrilegia Romanorum, quot trophea, religionem aut laudando creuerunt, aut crescendo læserunt.* *Falsa religio semper inimica paci.* *Apologet.*

Sicut *Salomonis* regnum tranquillum fuit, & clementia, iustitia, pietas primis suis temporibus ipsi & regno suo pacem peperierunt: sic Euangelium nos pace quinquaginta quinque annorum con-

Pacis beneficium per annos 55. in Anglos collatum, quomodo adhuc retineri posset.

stanti & continua dicanit: integrum D. *Elizabetha* regnum transegimus pacis plenissimum: & decennium iam totum vidimus pacatissimum: *Salomonis* regno diuturnitate & tranquillitate, nostri *Salomonis* imperium par & æquale reddat Deus; vt pacis donnuis abunder, non incentiuis prælij: vt & armorum strepitus cessiet foris, & coniuratorum inanus dissipetur domi: vt optimus rerum successus detur apud exteros, & pax conseruetur inter domesticos: Atque hic certissime etimus voti nostri compotes: si Deo vitæ emendatione placere studeamus: solent alij legatos ad vicinas gentes mittere auxilium petitum: sed *nos, quod est melius* (inquit *Ambrosius*) *ad Deum legationem per ieiunia destinemus, cur petat ab altero, qui intra se inuenire potest, quod quærat?* Citius profecto prece, quam acie, lacrymis quam armis, planctibus, quam ictibus pacis conseruatio obtinetur. Sic illud nobis experientia compertum erit, quod non expertus vidit tamen *Hieronymus*: *Vt qui contemnunt sericea regalia & purpuras Cæsarum, Christianorum sordes & ieiunia pertimescant.* Quod non sic dictum quis putet, ac si arma bellica abijcienda essent, sed spiritualia tantum anteferenda: pro iusto enim bello necessaria semper parata, & ad manum esse debent, vt *Augustinus* prudenter consulit: *Pacem habere debet voluntas, bellum necessitas, vt liberet Deus à necessitate, & conseruet in pace.*

Serm. 40.

Serm de natiuit.

Epist. 207.

Vers. 14. *Tota honorata filia regis intro.*

8 Hic duo vocabula leguntur, quibus splendidus sponsæ vestitus describitur, quo secundo loco eius gloria illustratur: primum Hebraice sonat *misbetzoth*,

Misbetzoth a radice שבץ *shabatz*, quod proprie significat fundis includere, vel palis ocellare aliquod opus, quib. lapides pretiosi inserantur: sic accipitur. Exod. 28.11. vbi iubentur duos illos lapides, qui humeris sacerdotis aptandi erant, fundis aureis circundare: alterum verbum est מעשה רקמה *maasse rechamah*: quod phrygianum opus, vel acu contextum, et consutum denotat, non colorib. varijs distinctum: quod septuaginta reddunt per Græcum διαχρυσον. Hebræi enim aliud habent ea significatione vocabulum פסים *pasim*, quod redditur per Græcum ποικιλα: sic *Iacobus* talem tunicam versicolorem *Iosepho* confeciſſe legitur. Genes. 37. 3. tali erat induta Thamar, cum a fratre vitiata est. 2. Sam. 13. 19. Atq; hunc esse, quem dixi genuinum verbi sensum, manifestum est. Exod. 26. 36. *Facies tegumentum — ex hyacinthino, et purpureo — opere phrygiano, vel acupictorio*: Non ex varijs colorib. id enim prius dixerat: & cum vestitus reginæ sumptus & gloria hoc verbo exprimatur, opus phrygianum, vel acu elaboratum magis innuitur, quam colorib. variatum: talem enim *Iosepho* tunicam *Iacobus* parauit, quæ coloris varietate potius grata fuit, quam sumptu preciosa.

De acceptione vocabulorum, quæ hic usurpantur.

9 Sponsa ista pulcherrima, splendet exterius, sed intus maxime glorioſa est: externa nihil valent ornamenta interiorib. destituta: fœmina intus potius virtute splenderet, quam vestitu niteret foras: vt mente potius, quam facie pulchra esse studeret: vt sancte monet *Petrus*: quarum *ornatus, non sit externus, in nodis capillorum, et auro circumposito: sed occultus ille cordis homo*, finis in incorruptione *lenis ac quieti spiritus, qui est in conspectu Dei pretiosus. Ita enim olim sanctæ illæ mulieres, quæ sperabant in Deum, ornabant se-*

Præcipua mulierum ornamenta.

ſe. 1. Pet. 3. 4. 5: Fas eſt nobilibus fœminis ſibi ornamenta ſuæ cõditioni apta conquirere, ſed de mente exornanda, quam veſtienda carne magis ſolicitæ eſſe debent. *Daniel* & tres illius ſocij, ad honoris altiſſimos gradus euecti, Babylonicis veſtib. quib. indui ſolebant ſatrapæ, libere vtebantur, vt colligitur ex Dan. c. 3. 21. ſed pietas illis magis curæ fuit, et chara: vt bene *Hieronymus*, *Habitu Nabuchadnezar, mente Deo ſeruiebant.* Sic *Mardochæus*, et ſplendida illa Regina *Eſthera inter purpuram ſuperbiam humiliter vixerunt.* Sic mentis cultus, et ſplendor vultus, habitus mentit, et veſtitus corporis ſe perpetuo comitarentur: veſtis ſplendida, et anima ſordida, facies formoſa, et mens deformis ſibi non conueniunt. Nobiles aulici, qui ſplendide veſtiti incedunt, Nebridium ſibi imitandum proponerent, quem ſic *Hieronymus* laudib. effert: *Inter fulgorem Palatij et bonorum culmina ſic vixit, vt ſe crederet ad Chriſtum profectum, nihil mecum militanti paludamentum, quia ſub habitu alterius, alteri militabat.*

Ad Salvinam.

Hieron. ibid.

Ibid.

10 Cordis ergo præcipua cura eſſe debet: Deus enim ſpectat, quod eſt in animo, homo illud, quod ob oculos eſt. 1. Sam. 16. 7. Sanctitas ſolum nos coram Deo glorioſos ſiſtit ſine ruga, et macula. Epheſ. 5. 27. Illi igitur, qui cutem et carnem curant, interiora vero ſordeſcere ſecuri ſinunt, hominib. fortaſſis placere poſſunt, Deo autem grati et accepti eſſe nequeunt. Similes ſunt ſepulchris dealbatis, quæ extra ſpecioſa apparent, cum intus omni immunditia ſcateant. Matth. 23. 27. Et ſicũ in Euangelio imitantur, quæ ſolijs veſtita erat, ſed nullum edebat fructum, Marc. 11. 11. Sicut gramen in tecto creſcens viridem præ ſe fert colorem, ad maturitatem tamen non perueniet

Quam vana ſit, de veſtitu aſſiduè ſollicitum.

ueniet. Psal. 129. 6. Sic se habet decor externus, et dedecus internum: splendor vestitus, et discolor animus: Qui tales sunt, sic à *Bernardo* notantur: *Mollia indumenta mollioremanimum indicant, non tanto curaretur corporis cultus, nisi prius neglecta fuissent mentis inculta virtutib.* Apolog.

11 Ista sponsæ gloria interna duob. modis accipi potest: vt vel animi munimenta hic intelligantur, corporis ornamentis è regione opposita, vel nativa & genuina corporis forma, fucato & ementito colori adversa & contraria: Sic *Iezabel* faciem suam fuco pinxisse dicitur, 2. Reg. 9. 30. Quam corruptelam pessimam multæ etiam nunc dierum fœminæ sequuntur, quæ hac in re *Iezabela* discipulas se profitentur: sed recte *Tertullianus: sit inter ancillas Dei et diaboli discrimen:* Illas Iezabelæ nō decet fucus, quæ ab illius abhorrent moribus. eodem loco sic pergit *Tertullianus: Quid nascitur, Dei opus, quid fingitur diaboli:* Divino autem operi diabolicum superaddere, iniquissimum est: Idem eruditus scriptor in illas mulieres invehitur, quæ capillis novos inducunt colores, & ex fuscis & nigris flavos & aureos fingunt; etiam a mortuis crines mutuantur: quos sic acriter redarguit: *Pessime sibi auspicantur flammeo capite — ut exuvias capitis alieni sortitæ immundi, & gehennæ destinati capiti tuo supparent.* Fucum Iezabelæ mulieres imitari non debent. Contra supposititios capillos. Lib. de cult. fœminar.

12 Christi Domini nostri Ecclesia, hoc typo sponsæ pulcherrimæ significata, intus tota gloriosa est per fidem in Christum: exteriis etiam ornamentis dotata est: vt Augustinus per auratas istas vestes intelligit, *varietates linguarum, & decus Ecclesiæ: sed quid ista prosunt (inquit) si non sit pulchritudo intrinseca?* Internæ hæ dotes, sunt [illegible] splendo- Prosa. in Cantic.

dæ-

dæ illæ vestes, vt illas vocat Cyrillus, quibus ille caruit, qui in conuiuio nuptiali iniussus discubuerat, Matth. 22. 12. facile ergo est hic æstimare, quo in loco habenda sit illa Ecclesia (si modo Ecclesia sit) quæ aureis vestibus, gemmis preciosis, lapidibus nitentibus, & externa pompa gloriatur: in qua tamen gloria ista, quæ professione rectæ fidei, & doctrina veritatis constat, omnino desideratur: Romanam synagogam volo, vbi templa visuntur auro coruscantia, idola argenteis operimentis radiantia; pontifices & Papæ auro argento & rebus preciosis onusti in plateis equitant: doctrinæ tamen puritas, & Euangelicæ fidei integritas ab illis exulant. Hæc vera est meretricis illius Babylonicæ descriptio, vt Tertullianus docet: *Illa ciuitas, quæ super septem montes præsidet, quorum prostituta à Domino appellationem meruisset — sedet in purpura cum coccino & auro, & lapide pretioso, quæ maledicta sunt, sine quibus non potuit maledicta & prostituta describi.* Vanam hanc templorum, imaginum, vestium pompam, vel ab Ethnicis emendicarunt: atque iterum dicimus cum Tertulliano, *simus & moribus iisdem, si superstitie eadem*: vel à Iudæis mutuo acceperunt, & audiant hic Bernardum, templa fuisse tunc deaurata, cum sanguinem etiam immolabant: *Aurum igitur repudiemus cum cæteris superstitionibus, aut si aurum placet, placeant & Iudæi.*

Superstitiosa templa externa exornant magis quam interna.

De meretricis Babylonie preciosa amictu. De eadem scribat.

De clamat. Bernard.

13 Vt redeamus iam ad sensum historicum: multa hinc ad eruditionem nostram documenta eliciuntur: primo non esse illicitum viris nobilib. & honoratis amictu precioso vestiri, prout locus & conditio personæ postulant: vt Dominus Salu. ait, *qui gerunt molles vestes, in domib. regum sunt*, Matth. 11. 8. Sed Tertullianus hic paulo seuerior videtur, qui purpu-

Licet nobilib. preciosi vestib. vti.

tæ & prætiosæ vestiũ vsum, vt honoris indiciũ non tolerat, sed ob generis solum discrimen: *vt natiuitatis insignia, non peculiaris generis non honoris, ordinis non superstitionis — cæterum purpura — habent prælaturæ suæ maculam.* Secundo licet nobilis conditionis hominibus hæc libertas permittatur, eadem tamen passim omnibus licentia non conceditur: vt multi mediocris sortis, etiam cum proceribus & magnatibus vestium elegantia certant: de quibus dici potest: *saltus & insulas tenera fert cervix*: ita nullis in vestib. parandis & ornandis parcunt sumptib. & vt Hieronym. *vno filo villarum insumi prædia*: Huic vestium ambitioni legibus imperatorum olim occurrebatur: vt illo Diocletiani rescripto cautum est de aureis annulis: *aurorum vsus annulorum beneficio principis tributus*: Item alia lege purpuræ vsu sine venia imperatoris interdicitur omnibus: *distrahenda purpura facultatem nullus posset habere primatus*: Item, *comparandi sirici omnibus iubemus auferri facultatem.* Tertio, qui in vestitu honoris gestant insignia, virtute potius honorem consequi satagerent, & intus clarere mentis dotibus, vt desponsa hic prædicatur: decor mutuatitius, fictitius est, nec illa venustas vera, quæ vna cum veste exuitur: vt eleganter ille. *Serica & purpura decorem habent, sed non prabent: decor, qui cum veste induitur, & cum veste deponitur, vestis proculdubio est, non vestiti*: Ethnicus ille Lysander, cum Siciliæ regulus, filiabus eius vestes quasdam elegantes obtulisset, illas respuebat, hoc dato responso, *quod illa dedecorarent potius quàm ornarent filias.* Sed multo melius Christianus *Cyrillus* noster hic admonet, vt sibi ab hac vestium luxuria homines caueant, ne sub prætextu turpitudinis occultandæ, *in aliam (inquit) turpitudinem*

Tertulliani paradoxon de pura veste. lib. de Idololat.

Tertull. de habit. mulieb.

Vita Pauli.

Cod. lib. 6. tit. 8. leg. 1. Dioel.

Cod. lib. 4. tit. 40. leg. 1. Valentin.

Ibid. leg. 2.

Contra vestes sumptuosas. Bernard. epist. 114.

τὸν ἄκρατον τρυφῶντα μὴ δεῖν, ἀ καρδίαν: Plutarch.

pitudinem incidas. Nam vt bene Hieronym. *Istiusmodi ornatus & cultus sordibus turpior est.* Testis etiam hic vltimo loco prodeat *Tertullianus: Vestite vos serico sanctitatis, byssino probitatis, purpurâ pudicitiæ, taliter pigmentatis Deum habebitis amatorem.*

Lib. 1. de cultu fœminar. Hieron. Ostiens. Catech. 4.

Lib. de cult. fœminar.

Virgines post tam amicæ eius adducuntur ad te.

14 Tertius iam locus sequitur, quo Reginæ gloria amplificatur, qui in eius comitatu consistit: primarius istorum verborum sensus in vocatione Ecclesiæ Gentilis exeritur, *Augustino* interprete: *Vere factum est, ecclesia credidit, facta per omnes gentes.* Sicut Regina igitur suas habet pedissequas: vt Regina Sheba cum magno comitatu Hierosolymas ad Salomonem profecta est, 1. Reg. 10. 2. & Estheræ etiam suæ ancillæ famulabantur, Est. 4. 18. Sic Ecclesia collecta ex Gentibus Christo desponsata, virginum ingentem cateruam secum adducet, id est fidelium, qui se vni Christo deuouebunt, cæteris omnibus renuntiantes: sic Apostolus, *despondi vos vni viro, vt castam virginem exhiberem Christo*, 2. Cor. 11. 2. Sub pijssimi Regis Hezekiæ regno, exulante tum idololatria, & vero Dei cultu restituto; Ierusalem filia Zionis virgo vocatur, 2. Reg. 19. 21. *Propter integritatem fidei, quæ ibi semper remansit*, vt Lyranus: *& quia conciliis gentibus idola adorantibus, hæc sola conseruat castitatem religionis vnius Dei*, gloss. ordin.

In Psalm. 44.

Ecclesia quare comparatur virgini.

15 Sic igitur veri Dei cultores, instar virginum esse debent, qui se Deo, cæteris amatoribus repudiatis, integros seruent: Deus ab illis officij & cultus primitias & veluti virginitatem exigit: alterius reliquiæ non sunt illi acceptæ, primus esse vult. Sic du-

rante

rante lege Deo offerre primitias frugum tenebantur: sic prima omnia nostra Deo sacra esse debent: *primitias virginum Deo dicato, primitias actus tui Deo immola.* Christus Dominus noster nasci voluit ex virgine, quæ viri concubitum nunquam experta erat: insedit dorso pulli asinæ iugo non assueti, & in sepulchro positus est, in quo antea nemo sepultus erat: Sic Deus primum cum anima congressum petit: Tales ex Gentibus aduenturæ erant virgines, quæ prima sua Deo initia dedicarent: quod de Hilarione profitetur Hieronym. Hilarion *primo calcauit diabolum, quam per ætatem calcare potuisset*: & alio loco ita subtexit. *Nouellas arbusculas in quamlibet partem flecti facile est, tenera animalia sine labore domari solent — optimi sunt ad institutionem morum primi quique anni.* Huiusmodi ergo virgines, quæ primis suis conatib. & studijs Deo seruire cupiunt, ipsi sunt acceptissimæ: sicut propheta ait: *Bene est viro, cum tulerit iugum in pueritia sua:* Lament. 3. 27.

Ambros. lib. 3. de virgin.

Primitiæ omnib. actuum Deo consecrandæ.

Vita Hilarion.

Ad Demetriad.

16 Varia sunt virginum genera, quæ nobis in scripturis passim obuia sunt: sic enim vocantur vel sensu metaphorico vel literali: Metaphorica appellatio vel spiritualia respicit, sic virgines nuncupantur, qui mundi spreta vanitate, se totos Diuino honori consecrant, omni falso & idololatrico abiurato cultu: sic virginis nomenclatura sumitur ab Apostolo, 2. Cor. 11. 2. vel ad temporalia refertur: sic Tyrus virginis titulo insigniuit. Isaiæ 23. 12. quia nondum alieni Dominatoris iugum senserat. Si iam literali sensu virgines intelligamus: aliæ tales sunt corpore, nempe cælibes & innuptæ, de quibus loquitur Apostolus, 1. Cor. 7. 37. sunt etiam mente virgines, quarum nempe castitas vi inuaditur: virgines istæ

De variis virginum generibus.

licet nō sint corpore & spiritu, de quibus Apostolus, 1. Cor. 7. 34. spiritu tamen virginitatis privilegium retinent: de quib. sic scribit *Ambrosius*: *Tolerabilius est mentem virginem, quàm carnem habere, utrumq; bonū, si liceat, sed non licet, salicem ut homini casti, sed Deo suum:* Virgines, qui ex hoc Psalmo celebrantur primi generis sunt, quæ fidei puritatem incorruptam custodiunt.

Lib. 2. de virginib.

17 Sed diligens nobis hic cautio adhibenda est, ne, quia virginum hic tam honorifica mentio inferatur, illa de carnalis & externæ virginitatis dignitate nobis opinio ingeneretur, vt simpliciter illam, cuicunq; vitæ professioni anteponendam censeamus: quo *Bellarmini* sententia propendere videtur, qui locum illum Apocal. 14. 4. de virginib. professis interpretatur: *Hi sunt, qui cum mulieribus non sunt inquinati, virgines enim sunt, hi sequuntur agnum, quocunq; ibrit:* Vnde sic infert: *Ex quo testimonio apparet singulare præmium habere virgines:* Sed nihil illi ex hoc loco accrescit lucri, si *Ambrosium* audire velit, qui hunc sensum explicatur: *In mulieribus errorem significauit*, quia per mulierem error cæpit, *Nam si ideo pulchræ virgines dicitur, quia corpora sua intaminata seruauerunt, cur Dei altissimi gloria sanctos, quia omnes Apostoli excepto Ioanne & Paulo vxores habuerunt?* Hac ratione sibi persuasit *Ambrosius*, quia magnum ex priore illa crassa interpretatione sequeretur incommodum, vt Sancti coniugati ex hoc libro expungerentur. *Hieronymus* alio argumento eandem interpretationem retexit, quia sequitur. vers. 5. *In quorum ore non est inuentum dolus, sunt enim inculpati, videsne ergo* (inquit) *quod in vno tantum membrorum virgines dignitatis reseruatæ inuenire voluerit, sed illi (in omnib.) qui præter virginitatem ab omni contagione peccati immaculati*

Spiritualis virginitas est carnali anteferenda.

In 1. Cor. 11.

Ad Pammach.

bum acculatum gerunt vitam: Atq; idem, comparatis inter se viduis & nuptis, sic ait: *Impari cursu pari animo ad palmam tenditur, difficilius equi, sed voluntate concordes unum aurigæ iugum trahunt:* Ipse etiam *Augustinus*, ad quem tanquã suæ sententiæ fautorẽ appellat *Bellarminus*, sic fatetur, *Coniugati fideles possunt ire per illa vestigia, etsi non perfecte in eadem forma pedentes pedem, verumtamen in eisdem semitis gradientes:* Quib. adijci potest, quod si virginitas carnis hoc loco commendaretur, mentis humilitas non videretur necessaria, quod negat *Augustinus*, *Obedientia coniugata minus obedienti virgini præponenda est:* *Bernardus* etiam de virginib. quæ ex dono suo superbiunt, sic aperte scribit: *Potes sine virginitate salvari, sine humilitate non potes, sine humilitate nullus dicere nec Maria virginitas profuisset, expedit tibi virginem non esse, quam de virginitate insolescere: non omnium est virginitas, multis tamen pauciorum cum virginitate est humilitas:* Manifestum ergo est non de corporali virginitate, sed de spirituali integritate hunc locum subintelligendum esse.

Hieronym. Pammach.

De virginit. c.28.

De bon. coniugal. c.24.

Hom.1.super missus est.

18 Iam vltimo loco hic aliquid de sensu historico addendum est: cum, pedissequæ & famulæ Nobilis filiæ reginæ, virginum nomine appellentur, illud iniuriæ: nullas posse cum vere nobilib. et heroicis virginib. comparari: neq; alicubi magis rara virginitas reperitur, nec est vbi difficilius custodiatur, quam in aulis principum, neq; alibi magis preciosa & gloriosa est: Inferioris enim ordinis virgines, si forte titubent & labantur, castitatis tantum & pudicitiæ damnum ferunt, at illæ præter virginitatis amissionem honori suo præiudicant, & sacra principum Palatia turpitudine sua polluunt: Ancillæ ergo

Mirabile miracu-lum reperitur in nobili & virgi-nib.

honoris eminentes insignib. virginitatis honorem studiosè conseruare debent, & alijs exemplo suo prælucere, quod de Estheræ Reginæ famulis scribitur: Ego (*inquit illa*) *cum puellis meis iciunabo.* Esther. 4. 16. Ab istis maxime requiritur, non vt lasciuientis superbiæ spectacula, sed virginalis modestiæ exemplaria se præberent: nam, vt vere ille: Eiusdem *libidinis est videre & videri, omnis publicatio Virginis bona passio stupri est:* Illis curæ esse debet, vt nec aliorum oculi capiantur, nec alios ipsæ tentent inescare: nec ipsæ sua pulchritudine alijs laqueum ponant, & caueant Aulici, ne in ipsarum laqueum cadant. Veniat illis in memoriam illustre illud *Alexandri* Magni exemplum, qui cum Philoxenus ad illum de pulchello quodam & venusto puero scripsisset, certior fieri cupiens, an sibi illum emi & comparari vellet, hoc responso dato illum corripuit: *sceleratissime hominum*, ecquid tam pessimæ notæ in me vnquam vidisti, *vt huiusmodi voluptatib. mihi adblandiri audeat?* Optandum certe esset, vt Aulici Christiani talib. essent aduersus huiusmodi lenocinia armis instructi, quib. ille munitus, licet fide vacuus, illis potuit obsistere: Sed non opus est, vt ad exempla illos tam longinqua relegarem, domesticum semper illis ob oculos est exemplum, illustrissimus Rex noster *Iacobus*, regiæ munificentiæ thesaurus, clementiæ & benignitatis portus, pietatis columen, castitatis specimen: Sed videor mihi fœminas Aulicas sic seipsas excusantes & defendentes audire, fore, vt nisi se ad receptum morem in vestitu componerent, aliorum scandalum incurrerent, & ab omnib. notarentur. Quibus ego *Tertulliani* responso satisfaciam, qui sic hanc obiectionem retorquet: *Scandalum* (inquit)

Tertull. lib. de veland. virgin.

& eglum dilige-tur — hominum ne offendatur per vitandum scandalum: Plutarch. de fortun. Alexand.

nisi

niſi ſalter rem bonam rei, ſed malo exemplo eſt, ædificans ad delictum: bona res neminem ſcandalizant, niſi malam mentem: ſi bonum eſt modeſtia — agnoſcant malitiæ ſuum quæ de tali bono ſcandalizantur. Sic igitur modeſtia Aulicis virginib. maxime amplectenda eſt, vt caſtitatis conſeruatrix, et caſtitas expetenda, vt Angelicæ gloriæ imitatrix: *caſtitas enim* (vt bene Cyrillus) *Angelica eſt vrtus.*

Scandali quid? Libr. de veland. virginib.

Hyperdulia vera & vigens.

16. *Deportantur cum ſumma lætitia & exultatione, intrant in Palatium Regis.*

19 Sequitur quartum argumentum, quo ſponſæ gloria exprimitur, nempe ſolennis illius triumphalis chori inceſſus & progreſſus: primo nobis in ſenſu hiſtorico inſiſtendum eſt: Semper populo Dei ſuæ ſolennitates fuerunt: quib. etiam in publicis conuentib. acclamationes canoræ, & deambulationes decoræ, frequenter in vſu fuerunt, vt in Pſalmo canitur. *Viderunt inceſſus tuos ô Deus, inceſſus Dei mei & Regis in ſanctuario: præcedebant cantores, poſt fidicines, inter puellas tympana pulſantes.* Pſal. 68. 24. 25. Sic *Moſes* cum filijs *Iſraelis* carmen euchariſticum Deo cecinit, & *Miriam* fœminarum turba comitata egreſſa eſt illis obuiam, cum tympanis & choris. Exod. 15. 1. 20. *Saul* etiam & *Dauid* à cæde Philiſtæorum redeuntib. fœminæ cum tympanis exultantes obuiæ proceſſerunt. 1. Sam. 18. 6.

Publicæ ſolennitates licitæ.

20 Nihil enim aliud in communi hac lætitia, præter honorem & laudem Dei ſibi propoſuerunt, vt indicat Pſalmus. 95. 1. 2. *Agite, cantemus Iehoua — eamus ante faciem eius cum gratiarum actione, cum Pſalmis clangamus ei:* Hilares iſti populi Dei proceſſus, tanquam

tanquam multitudinis sunt seriantis & festum celebrantis. Psal. 42. 4 sicut acies vexillis erectis & expansis instructa. Cantic. 6. 3. & veluti exp. arum grex in montib. Gilead, Cantic. 4. 2. et ouium grex ascendens è lauacro, quarum omnes gemelliparæ. Cantic. 6. 3. et sicut animalia ordine suo, bina ingressa sunt in arcam ad Noachum. Genes. 7. 2. talis est populi fidelis in Deo læti & triumphantis ad Templi sacrosanctum progressio.

Lætitia populi Dei qualis.

21 Sed quatuor processionis modi sunt: ciuiles duo, religiosi totidem: & in vtroq; genere legitimus vnus, alter illegitimus: Ciuilis licitus processus in publicis triumphis & exultationib. cernitur, vt cum Reges coronantur, nuptiæ celebrantur, & consimilia peraguntur. Sic *Laban* conuocatis omnib. vicinis conuiuium fecit. Genes. 29. 22. sic puellæ Siluntis prodire solebant in anniuersario illo festo ad saltandum choreis. Iud. 21. 21. Ciuilis illicita progressio illa est, quæ pompæ sectatur vanitatem: sic *Agrippa & Bernice cum multa ostentatione* in auditorium introisse dicuntur. Act. 25. 23. Religiosa & laudabilis processio habetur, cum vndiq; ad laudes Dei celebrandas accurritur: Sic in dedicatione muri vrbis Ierusalem, duas *Nehemiah* constituit celebrantium classes, quæ in muro incedebant, vna ad sinistram, ad dextetam altera Nehem. 12. 31. 38. Sed est & superstitiosus procedendi mos, qualis fuit ille Israelitarum cum cultum idololatricum aureo vitulo exhibuerunt: de quib. narrat *Moses, Populus sedit ad edendum, & bibendum, deinde surrexerunt ad ludendum.* Exod. 32. 6.

Processionis genera.

22 Hic iam nobis opportuna oblata est occasio, vt papisticas processiones, & solennitates superstitio-

sas,

sacredirigunatur, quibus idolū illud solum triticeū honorant, auro argento & gemmis illud visendum & adorandum populo ostentantes: secundum illam Danielis prophetiam: *honorabit Deum Maozim* (Missam sic dictam puta) *quem patres non agnouerūt, auro argento, lapidibus pretiosis, ac rebus desiderātissimis*: Dan. 11.38. Vana haec in huiusmodi solennitatibus pompa veteri Ecclesiae multum displicuit: sic etiam in synodo quadā prouinciali decretum est: *Cauendū Leuita genitor vti erat ipse, sed non tenuem & puer, sed ob lis celebribus aut auro ornatus*: Sic etiam in generali concilio sancitum est: *Eos, qui prae manu vascula quadam aurea, vel ex alia materia in Hrnum, ad suscipiendum diuini doni; & per illas immaculatum communionē celant, nullo modo admittimus, vt praeferentes matricem inuidiam hominis, abscissum Dei imaginis*. Euidenter hoc loco papisticus ille cōdemnatur mos, hostiam suam vasculis aureis inclusā circumferendi, sulcris auro & argento intextis cooperiam: quo apparatu populum inuitant, vt deo illi nouitio & nupero à pistore fabricato in genus prouoluti cultum exhibeant. Quos superstitiosos ritus ab Ethnicis Romanis veluti manu sibi traditos retinent, vt *Tertullianus* ait, *Haec ritus habitu & apparatu idolis immolatur — ha transit pompa diaboli, & angelorum eius, officia seculi, &c.*

contra praesentes ipsi hypocritas.

Tolet. 4. c. 34.

Trullan. 2. 101.

De corona mil. cis.

23 De spirituali sensu iam aliquid subnectendum est: per solennem hunc virginum in Regis palatium ingressum accessus Gentilium ad Ecclesiam Dei nobis describitur: non male igitur Latinus interpres, pro *palatio, templum* legit, Septuaginta, [illegible] & eodem sensu, Hebraicum vocabulum היכל *heikal* nonnunquā sumitur, vt Psal. 5.8. Sic *Augustinus* etiam interpretatur: *templum Dei* (inquit) *Ecclesia*. Hoc ergo Christianorum

stianorum decus est, in solemnibus suis cœtib Ecclesiã Dei inuisere & frequentare, vt columbæ ad suas fenestras consolant. Iesa.60.8. vt oues ad pastorem congregantur, Ibid.vers.7. Reperiuntur nonnulli, qui, dum solennitas foris absolui tur, à principis latere nõ discedent, vbi vero ventum sit ad Ecclesiam, se clanculum subducunt, & terga vertunt. Qui quidem in hoc reprehensione digni sunt, quod Christiano Regi idem officium in syncero veri Dei cultu præstare renuunt, quod Naaman Domino suo Regi, coram idolo suo Rimmone prostrato, dum illius manu nititur, libenter exhibuit. Virginum ergo Christianarum cœtus ad cultum Dei præcipue coire debet: vt bene Cyrillus, talis est *virginum iuuentus*, vt aut psallant, *aut legant, aut præsentur*.

Ecclesia in publicis solennitatib. ab omnib. frequentanda.

2.Reg.5.18.

Cœtus virginũ est magistra sobrietatis & pudicitiæ.

24 Nunc vt eo reuertar, vnde digressus sum videamus quid ex eo discamus, quod hic historice gestum sit: Virgines Reginam comitantur vsq; ad Regis Palatium: vestitu incedunt vt virgines, habitu, gestu, ornatu se gerunt tanquam virgines; hoc ancillis aulicis documento est, vt omni loco modestia & humilitate splendeant, vt decet virgines, Prophetæ ob tria maxime errata filias Sionis corripit, quia *incessu, habitu, vestitu* superbiam suam prodebant: primo ait, minutis passib. & composito gradu incedunt, & eunles pedib. plaudebant: ambulant etiam extento gutture. Iesa.3.16. tertio suas habent lunulas, tiaras, redimicula, & nouas vestium formulas: Ibid.vers.20. quo loco Propheta veram lasciuarum virginum imaginem, quales multas vidit ætas nostra, describit: & primo, quod ad mollem & fractum incessum attinet, sic *Ambrosius* sui temporis virgines huius culpæ insimulat. *Cernis vt pomparum feruentia*

similis

similis incedit, qua se componit, vt placeat, vt ipsi, qui studet placere, deformior. De plausu vero & sonitu pedum, quem calceis ambulantes edunt: sic *Hieronymus*, *Caliga nigella & nitens strideret ad feminam vocat:* Et ante eum *Tertullianus* fœminarum in calceis aptandis curiositatem sic argute proscindit, *Magnum instrumentum salutis in calceamentum fulvinæ vincere prospexit, perunctis effeminatis — quem non expediat in algore vigere nudipedem, quam in calceo vngipedem:* Tam delicate & angustè calceatos pedes vngulis equinis comparat; Mos etiam ille insolens & superbus, quo porrectis cruricibus incedere didicerunt, eidem erudito & pio scriptori multum displicuit: sic enim scribit: *Ipsa deceptissima vanitas nescit pudicas, nisi quæ superiora, cuius inferiora nuda non sunt.* *Hieronymus* etiam virginum lasciuum quendam gestum sic suggillat: *Psallebam interdum cadit, vt candidos nudet humeros, & quasi videri voluerit, velut festinus, quod celare debuerat.* Si hoc vitio verterent, multo magis in culpa sunt, quæ nudatis de industria humeris & brachiis, se spectandas offerunt. Tertio vt nouis vestium figuris excogitandis operam darent; maxime vero, vt vel fœtinus virilem habitum dilucidè vel virilitati obsequi fœminam vestitu mentiantur, semper res vidisse sobria mente præditis, visa & iudicata est: *Tertullianus* audet dicere *nullum cultum à Deo maledictum inueniri, nisi qui muliebribus vestibus viros induit.* Deut. 22. 5. Et ne subeat mentem, illi tantummodo non probari quotidianum & ordinarium simulatorij istius vestitus vsum, non eum, qui in ludis & spectaculis loco, non serio adhibetur: alio loco suggerit: *Non quæ falsum habent veritatis, adulterium apud eum sunt, quod fuit*

Lib. 2. de virgin.

De spectac. cap. vlt.

Contra lasciuiam in calceis et incessu.

Lib. de Pallio.

Lib. de veland. virginib.

De spectac. cap. vlt.

Vires vestis mulebris non indecoræ.

Lib. de idololat.

gitur: Et citato rursus illo loco ex Deuteronomio, hoc auxit, *Quid de pantomimis iudicabit, qui etiam mulieb. ornatur*: Meminimus tamen occasionem vnicam posse occurrere, quando licite & laudabiliter viri & mulieres vestes permutare possunt: hoc sic factum narrat *Ambrosius*: Virgo quædam Antiochens ad lupanar relegata, quod dijs sacrificare noluit, sic Deum deprecata est, Domine, qui potuisti leonum ora pro *Daniele* occludere, facile etiam tibi est efferas hominum furientium libidines restinguere: finitis precib. ad eum miles ingressus est, qui illi, vt militarem suum habitum sibi assumeret, istis verbis persuasit: *Quasi adulter ingressus, si vis martyr egredi, vestimenta mutauit*: *tua vestis me virum militem, meata virginem facit*: *sume tibi habitum, qui abstendat faeminam, transfert Martyrem*: Isto modo militari pallio tecta vel potius occultata virgo, pudicitia illæsa, cum fide salua. Scopum iam, ad quem hoc loco collimamus, hic est, vt virgines, quæ eminenti suo honoris gradu tanto magis sunt conspicuæ, has virgines sibi sequendas proponant, quæ Reginæ illi honoratissimæ ministrant, vt omni loco, in vestitu, in cultu, gestu, modestiæ suæ vestigia & indicia post se relinquant. Sic iam hunc locum paulo rursus ad posteriorem partis explicationem me accingam.

Virga militari habitu indutæ quomodo intactæ ex lupanari euasit.

Lib. 2. de virginib.

Vers. 26. *Liberauerunt eos brachium & virtus tua, & fortitudo tua, quoniam placuerunt tibi in nobis.*

25 Vltima ratio, quæ ad gloriam sponsæ exornandam facit, ab ipsius prole & sobole, qua augetur, assingitur: quo typo magnum Ecclesiæ incrementum, quæ ex gentib. nascerentur, describitur: sicut

Aposto-

Apostolus Prophetam citat: *Lætare sterilis, quæ non paris, erumpe & clama, quæ non parturis, quia plures filij deserta, quam habentis virum.* Galat. 4. 27. ex Isa. 54. 1. Et vt hoc loco Psaltes canit, *Principes eos constituet in omni terra:* sic Prophetæ vox consona est: *erunt Reges nutricij tui, & fœminæ Principes nutrices tuæ:* Isa. 49. 23. Et alio loco: *suges lac gentium, & mammas Regum sugens.* Isa. 60. 16. Ecclesiam fouent Reges, dum illi fauent & opitulantur: & ipsi vicissim Ecclesiæ filij sunt, qua renascuntur, & regenerantur: Hoc *Sarę* promissum est: *Mater erit nationum gentium*, Reges populorum ex ea futuri sunt, Genes. 17. 16. Hæc promissio effectum suum sortita est, cũ Reges gentium ad fidem *Sarę* conuersi erant. Sic Apostolus terrestrem Hierusalem cum Hagara ancilla comparat, illam vero quæ sursum est Hierusalem cũ *Sara* libera? *Quæ* (inquit) *est mater nostrum omnium.* Galat. 4. 26. quæ prius, (vt Cyrillus) *sterilis fuit, nunc autem multorum filiorum fœcunda.* Eua sic dicta, quia mater erat omnium viuentium, figura fuit Ecclesiæ, ex qua nascuntur omnes, qui viuunt Deo: vt Ambrosius optime: *Hæc est Eua mater omnium viuentium, veniat ergo Deus, adificet mulierem, illam quidem adiuvicem Adæ, hanc vero Christi, non quia Christus adiumentum requirit, sed quia nos credimus ad Christi gratiam per Ecclesiam peruenire.*

De magna Ecclesiæ fœcunditate.

Reges Ecclesiæ & patres & filij.

ἐκ τῆς ἀπὸ τῶν ἐθνῶν συναγωγῆς εἰσὶν οἱ πάντες ἡμῶν πατέρες. Cyrill. lib. 18.

In c. 3. Luc.

26 Isto modo enim Dei crescit gloria & augetur honos, cum illius regnum per totum orbem dilatatur: vt à Prophetis prædictum est: *Ab ortu Solis vsque ad occasum eius, magnum erit nomen meum in gentibus.* Malach. 1. 11. Sicut filiorum multitudo, posteritatis fœcunditas est, qui similes sunt pharetræ saginæ refertæ. Psal. 126. 4. *et vt in multitudine populi dignitas*

gis, Prouer. 14. 28. Sic gloriæ Dei magna fit ex conuersione multarũ gentium accessio: sapientia ipsa sic prolatur: *Delicia meæ, esse cũ filijs hominum.* Pro. 8. 31. sicut in cælis, millies mille angelorũ ministrant Deo. Dan. 7. 10. Sic numero seruorũ fidelium gaudet in terris: qui pro multitudine suæ gratiæ mane stillantib. similes sunt. Psal. 110. 3. et nubi continuæ, & columbis gregatim columbariũ suum petentib. Isa. 60. 8. Et veluti capilli capiti ornamento sunt, qui vix numerari possunt: sic numerus fidelium, quo Ecclesiæ tanquã capilli sunt, & gregi caprarum ideo non dissimiles, Cantic. 6. 4. Illi in conspectu Dei decorem addit.

Multitudo fidelium ex Gentib. in scripturis variis adumbrata.

27 Ista Ecclesiæ plenitudo variis figuris in veteri Testamento typice adumbrata fuit. Tertullianus nos ad illud oraculum remittit, de Esauo & Iacobo nondum natis promulgatum, *maior seruiet minori*: id est, minor populus *Christianus superet maiorem*: Iustinus Martyr illam Mosis de Ioseph Prophetiam in hunc finem producit: *Pelat cornua nouercatis, quib. populos feriet pariter, populos finium terræ.* Deuter. 33. 17. Monocerotis cornu lignum crucis interpretatur, quod in superiore parte veluti in duo cornua extenditur & diffunditur: sic gentes *mysterio crucis vt cornupetis aruant*: cum fidei Euangelicæ subiugatæ sunt. Ambrosius sic locum illum accomodat. Cantic. 8. 10. vbi Ecclesia Iudaica introducitur, de Ecclesia Gentium sic prædicans, *Soror nostra parua habet vbera*: sic (inquit) *meum tumet pectus*: (cui enim nondum tument vbera, nupijs non est habilis & matura) *Quarum Ecclesia Christi impatiens dixit, soror parua vbera habet; fidei turres vbera mea sunt*: Ecclesia gentium vbera habet lacte distenta, quæ quam plurimis filijs nutriendis sufficiant. Augustinus in

Lib. aduers. Iudæos.

Vaginabimus dici nimirum ũ percussio. Dial. cum Typhon. Typi veteris testamenti Ecclesiam Gentium adumbrarit.

Serm. 12. in Psal. 119.

Gedeonis

Gedeonis vellere hoc mysterium occultatum sic explicat: vellus rore aspersum in area sicca, Iudæorum fœcunditatem, Gentilium vero sterilitatē demonstrat; sed area malefacta cū sicco vellere, Gentilium vocationem fœcundam & Iudæorū reiectionem infructuosam designat: vt enim se habet vellus exiguum ad latam & spaciosam aream, sic Iudæorū gens veluti manipulus erat, cū vberrima messe Gentium ēō parata: & sicut in Araunæ Iebusitæ agro Dauid Deo altare ædificauit: *Sic in Iudæorū terra nō inuenitur est locus vbi altare Dei poneretur, sed in terra gentium locus eligitur.* Sed infiniti laboris esset, omnia scripturæ loca excerpere, quæ huc pertinent, & quæ patres mystice hic ad suum propositum applicant: *Multis mihi opus esset horis, vt Cyrillus, ad hanc rem explicandam.*

In lib. Iudic. q. 49.

Augustin. serm. 118.

28 Tres fere istius loci interpretationes sunt receptæ à patrib. prima Ambrosij est: qui per patres Gentiles intelligit: *Relinquit parentes Ecclesia, quæ de Gentilib. populis congregata est*: et sic loco priorum patrum, nempe Philosophorum & Paganorum, Christianos sibi ex filijs suis præceptores elegit. Secunda Hieronymi est, qui patrum nomine Patriarchas & Prophetas denotari vult, qui ad Euangelium annuntiandum in vniuersum orbem missi sunt: alias etiam expositiones eodem loco recenset, sed ista illi arridet maxime, quam & Lyranus sequitur. Tertia Augustino tribuitur, qui patrum titulum ad Apostolos, filiorum ad Episcopos & pastores referri vult: Sed nimis angustæ istæ eorum commentationes videntur, cum ad pastores tantum & doctores filiorum prærogatiuam restringant, cum omnes fideles filij Ecclesiæ sint. Quartam ergo nobis hæc scriptura interpretationem enixa est, vt omnes fideles & credentes intelligamus,

Ad Psal. 83. num. 4.

Ecclesia quomodo pro patrib. nati sunt filij.

telligamus, quos reges & sacerdotes spirituales Christus patri suo fecit. Apocal. 1. 6. Sed præcipuum locum hic habent Reges & Principes, qui per totum orbem fidei Euangelicæ professionē susciperent: et sic optimus erit istius loci interpres Isaias propheta, c. 49. 23. c. 60. 16. Vbi diserte verbis Regum & Reginarum mentionem facit, qui Ecclesiæ patroni futuri essent: Et vt nouitatis suspicionē hanc interpretationem liberemus, Hieronymo probatur: *Pro patrib. nati sunt tibi Apostoli, & domui tuæ credentes, quos constituisti principes.*

29 Infima ergo est illa conclusio, quam ex istis verbis conatur diducere Bellarminus: *Regimen Ecclesiasticum non esse penes principes seculares sed Episcopos*, Quos hic Principes appellari autumat: primo supra ostendi, scripturam hunc non ferre sensum: quod si nos his cancellis circumscribat, vt ad Principes Ecclesiasticos necessario nos conuertamus, cum Hieronymo sentimus, *intelligamus Apostolos*, quos Christus ad extremos fines terræ ablegauit: verum Episcopis, cum ordinarij pastores sint, in totum mundum potestas delegata non est, neq; sibi arrogare debent, quod erat Apostolorum proprium. Secundo: vt concedamus illi Episcopos hos esse Principes, certe *eruunt in spiritualib.* vt Lyranus: et vt Hieronymus bene exponit, *constituisti illos principes, id est, in populis sibi præcepturos*: Et quis hoc negaret pastorum munus esse, populo præcepta dare: quod non est, regnare vt principes in Ecclesia, atq; Regib. ipsis imperare. Tertio si Bellarmini staret sententia, tunc sequetur singulos Episcopos in sua diœcesi principes esse: non erit ergo Papa solus Ecclesiæ princeps. Quarto, quod si adhuc pro Episcoporum

principa-

Lib. 1. de pontif. 5. §. sit enim.

Regimen Ecclesiæ esse penes principes seculares, contra Bellarminum.

principum contendit, vt etiam in Reges dominium exercerent, cauere, ne huiusmodi euadant principes, quales illi apud Ieremiam *erunt in Sarta seruorum, Principes extraneorum*: Ierem. 6. 29. Qualis fuit suo tempore Thomas Becketus Anglus in regem suum Henricum secundum rebellis.

30 Alia etiam consimili glossa hunc textum corrumpunt: *Quæ de Ecclesia generaliter hic dicuntur, de Christo singulariter. Mariam specialiter referri possunt*: Sed hæc nulla modo sibi respondent. Primo Regina in comitatu suo Virgines habet, ipsa tamen virgo non vocatur: secundo honoratissima hæc sponsa filia regis est: Maria mater Christi (vt hominis) fuit non filia: & illius vt Dei & filia & creatura fuit, sed non speciali aliquo priuilegio, cum illud omnib. fidelibus sit commune. Tertio sponsa isti prouisa iussum filij, quos in omnib. terris principes collocet: Mariæ vocem fuit filius, non filij: Quarto, ipsi secum hic pugnant: et nullus ipso Maria in oratione blasphemus nisi, quum locus. Hic enim Christus illius Dominus fatetur, & ipsa illum adorare iubetur: Illi interim pontificis Romani adulari, Mariam filio præferre parem facere, vt quidam sanctam sic effutit insaniens *Filij gloriam esse matris, non tam consentaneum dogmati, quam sanum sensui*. Quid si etiam superiorem filio suo pronunciet: vt alius eiusdem furfuris *Passiones præcessere filium infantiæ Dei ut crederent B. Mariæ*. Neque Bellarminus longe abest ab hac insania, in Virginem Mariam immodicis laudibus efferendo: dicendo enim posse illam debite vocari vitam nostram, spem, matrem misericordiæ: illam etiam peccatorum eorum vsurpari posse affirmat, *Iesum hominem, peccatorum*

Quæ de Ecclesia generaliter hic dicuntur de Christo singulariter.

Virgo Maria non hic per filiam regis intelligenda.

Virgo comment. in Apocal. 12. §. 1. numer. 3. Bernardin. in Mariol.

Lib. 2. de bonis operib. in partic. c. 13.

scriptura in Deo spem collocandam esse docet, *Beatus vir ille, qui ponit in Iehova fiduciam suam*, Psal. 40. 4. et plurimis in locis Propheta Deum spem suam esse profitetur, vt Psalm. 14. 6. 21. 9. 61. 3. 62. 8. 65. 5. 73. 28. 78. 7. 91. 9. 94. 22. et alibi passim, nec nude hoc affirmat Psaltes, sed hac ratione confirmat: *Ego vero in te confido Iehova, dicens, Deus meus es*: Psal. 31. 14. Deus ergo solus est, cui spes nostra inniti debet: Si igitur Maria spē nostrā sibi vendicare posset, & Deam esse oportet: porro vanus est ex Dei titulis, vocati *pater misericordiæ*. 2. Cor. 1. 3. cum igitur Mariam & matrem misericordiæ salutant, illam Deo æquiparant. De se ipso etiam Dominus noster Christus loquitur, *Ego sum via veritas vita*, Iohn 14. 6: cum ergo & vitam nostram illi ascribant, Christi honori derogant: Illius etiam opus est, patrem nobis ostendere. Ioan. 1. 18. 14. 8. 10. Sed blasphemas has Mariæ compellationes, ipsa eorum super hunc Psalmum glossa everit, cuius partem posteriorem de Maria intellectam vult: quam hic eorum sensu alloquitur Psaltes: *Ipse* (nempe Christus) *Dominus tuus est, & adora illum*: Addit Iunius interpres, *Dominus Dei tuus est*: Licet ergo a nobis honor Mariæ tanquam Virginis sanctissimæ tribuatur, non est tamen a nobiscum Christo adoranda, sed Christus ab illa & reliquis omnib. Sanctis colendus: carnalis illius prærogativa patiendo Christum minor fuit, quam spirituale donum credendi in Christum: Quod Christus ipse non diffitetur: cum enim mulier quædam alta voce exclamasset, *Beatus venter, qui te portavit, & ubera quæ lactaverunt te*: ipse respondit: *imo vero beati, qui audiunt sermonem Dei & eum observant*. Luc. 11. 28: Et alio loco aperte dicit: *Mater mea, & fratres*

Contra Bellarminum: Mariam non posse esse nostram, vel vitam vel matrem misericordiæ vocari.

mei

sunt si sunt, qui sermonem Dei audiunt, & eum præ-
stant. Luc. 8. 21. quæ verba sic explicat Tertullianus:
Non matrem vterum & vbera negauit, sed feliciores de- Lib. de carne Christi.
signauit, qui virbum Dei audiunt.

30 Nunc vt omnia vno verbo concludam: breuiter ad occasionem quæsitem scriptura ista adaptanda est: similem ergo successum & fructum parem splendidis istis nuptijs precemur, qui sponsæ isti promittitur: *loco patrum tuorum erunt tibi filij, quos in omni terra principes ponas*, in Psalmo sic canitur; *Hæreditas Domini filij, merces est fructus ventris.* Psal. 127. 3. Deus hanc hæreditatem, cæteris illustrissimor. Principum possessionib. superaddat & adijciat, & hanc illis inter cætera præmia mercedem largiatur: Quod Deus pro sua summa misericordia, vt speramus omnes, effectum dabit: eoq; magis, quod non diuitiarum coaceruatio, nec regnorum accessio, sed religionis coniunctio, & Euangelij propagatio maxime in istis nuptijs quæriur, quæ iam feliciter (auspicante Deo) consummatæ sunt: non *delectationis*, sed *procreationis* causa, vt Cyrillus: & vt prudenter Augustinus; *Debet esse piorum coniugum intentio, vt generatio regenerationi præparetur.* Nuptiarum accessio proli esse debet successio: Sicut igitur Lea filio sibi ex Zilpa ancilla genito indidit nomen Asher, quod beatum significat, *beatam enim se inde putauit*, vt Hieronymus: sic Deus honorabiles istos principes prole sua beatos reddat: & si altera Sarah (serenissima Elizabetha) quæ vox principem sonat, vt mater sit principum, vt de Sara prædictum est. Gen. 17. 16. sit, & similis Rebeccæ: *Vt mater sit milli. myriadum, & semen eius possideat portas inimicorum.* Genes. 24. 60. qua benedictione dotatam Rebeccam fratres dimiserunt:

Accommodatio Psalmi ad præsentes nuptias illustrissim. principum.

Alij vt nonnulli, alij vt quadrin Catech. 4. Lib. 4. cont. Iulian. c. 12.

Tradit in Genes.

Illustrissimorum principum benedictio a Deo.